de Chriſto eiuſqʒ beneficiis/certo ſtatuim⁹ nobis ignoſci a deo propter Chriſtū. et hac fide nos conſolamur in pauoribus peccati/ mortis et inferni/ Qu. Quot modis ſpūs ſctūs eſt efficax i nobis? An. Duobus Qu. Quibus? An. primo docet nos beneficia Chriſti & efficit/ut aſſentiamur promiſſionibus dei de Chriſto/et conſolatur nos atqʒ erigit ne in terroribus peccati deſperemus et afflictionibus ſuccumbamus/ Secundo mortificat et reprimit in ſanctis cōcupiſcentiam carnis/et parit eis ſpirituales et bonos motus omniū virtutū/ timorem et dilectōnē dei/ patiētiam/ offitia charitatis/ caſtitatem et reliquas virtutes omnis generꝭ/ ut iā nō coacti lege ſeu pœnis ſed ſua ſponte obediant deo/ Qu. Da teſtimonia Octaui articuli/ Andre. Tres ſunt qui teſtimonium ꝑhibēt in coelo/ patꝛ/ verbū et ſpiritus ſanctus/ et hi tres/vnū ſūt/ 1 Joan. 5 Omnia hæc efficit vnus et idem ſpūs/ 1Cor. 12 Spiritus ſanctus auxiliatꝛ infirmitatib⁹ noſtris Roma. 8 Spiritus ſāctus intcedit ꝓ nobis/ gemitibus inenarrabilibus/ ibidem/ Qu. Quis eſt Nonus articulus/ An.

Credo ſanctam eccleſiam catholicam/ ſanctorum communionem.

Qu.

Qu. Quid hoc articlō credis? An. Vnam
eſſe ſanctam congregatōem hominum ve-
re credentium in Chriſtū/ p̄ totum orbem
terrarum diſperſam/ in qua omnia merita
Chriſti/ preces/ afflictiones/ et bona op̄a
pioꝝ ſunt communia. Qu. Quid eſt ec-
cleſia cathalica? An. Congregatio hominū
in terra qui in Chriſtum Ieſum vere cre-
dunt/ vbicūqȝ illi terraꝝ viuant/ Qu.
Quas ea notas habet? An. Syncerū ver-
bum dei/et legittimum ſacramentoꝝ vſū/
Qu. Cur vocas ſanctam/ cum multi ipij
et hypocritæ ſint ei admixti/ et pij etiam
labantur interdum et peccent? An. Sācta
eſt p̄ fidem in Ieſum Chriſtum Quod au-
tem peccant pij ſit ex imbecilitate carnis/
non malicia/ vnde quotidie orant/ pater
cœleſtis dimitte nobis debita noſtra/ impij
aūt et hypocritæ non ſunt eccleſia/ ſed mē
bra eius putrida et zizania inter triticum
Qu. Cur vocas catholicam An. Quod de
doctrina euangelij et vſu Sacramentorū/
in ea conueniat/ etiamſi p̄ totum orbē ter-
rarum ſit diſperſa/ et diſſimiles ritus huā-
nos habeat/ Qu. Da teſtimonia noni ar-
ticuli/ An. Marci vltimo/ inquit Chriſtus
Ego vobiſcum ſum vſqȝ ad conſūmationē
ſæculi/ quibus verbis Chriſtus teſtatur
eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

eſſe ecclſiam Chriſtianam in terra ad E
phe 5. Chriſtus dilexit eccleſiã et ſeipſuz
tradidit ꝑ ea/ vt eã ſãctificaret. mũdãs
lauacro aquæ ꝑ verbum Hic locus teſtatuꝛ
eſſe eccleſiam ſanctam/ Chriſtus inquit/
Matt 8 Dico vobis ꝙ multi ab oriente ⁊
occidente venturi ſunt et accumbent cum
Abraham Iſaac et Iacob in regno coelo-
rum/ vbi teſtat̃ Chriſtus eccleſiam ſuã fu-
turam catholicam / hoc eſt/ vniuerſalem/
Dauid inquit/ Parti ero omnium/ qui ti-
ment te ⁊ cuſtodiunt ꝑcepta tua/ vbi ſig-
nificat ꝓphã/eſſe communionem ſanctoꝝ/
Qu. Quis ẽ decimus articulus? An.
Credo remiſſiouem peccatorum.
Qu; Quid hoc articulo credis? An. Omẽs
homines peccato eſſe obnoxios/ et in hac
ſancta et catholica eccleſia tantum eſſe re-
miſſionẽ pectõꝝ / quæ nobis ꝑ ꝑdicationẽ
Euangelij/ abſolutõnem et ſacramentoꝝ
adminiſtrationem offertur gratl ꝓpt̃ fidẽ
ĩ Ieſũ Chriſtũ/ Qu. Quid ẽ peccatũ/ An
Eſt non ſolum externum aliquod factum/
aut dictum contra legem dei/ſed perpetua
corruptõ naturæ humanæ/ in omẽs hoiẽs
ꝓpter lapſum Adæ ꝓpagata/ quæ omnia
pectã externa et vitioſos affctũs in nobis
parit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

parit et efficit quo minus legi dei uere o-
bedire poſſimus Qu. Quotuplex eſt pec-
catum? An. Duplex/Qu. Quō? An. Ori-
ginale et actuale Qu. Quid eſt originale?
An. Eſt ipſa corruptō totius naturæ huā-
næ ab Adam: inde in omnes homines pro-
pagata/ qua fit/ vt nō uere timeamus de-
um/ nō vere diligamus/ nō ei fidamus/ ſʒ
creaturꝫ et appetamus natura carnalia &
q̄ ſunt huiusmūdi/ Qu. Quid actuale? An
Omnes affectus/cogitatōes/ dicta et fac-
ta hominū contra legem dei/ quæ tāquā
fructus parit in nobis peccatū Originale/
Qu. Eſt ne aliqđ diſcrimen inter peccata?
An. Eſt utiqʒ/ alia enī peccata dicūt mor-
talia/ alia venialia Qu. Quæ ſunt morta
talia? An. Quæ æternam mortem merēt/
Qu. Quæ ſunt talia? An. Deſperatio ſeu
dubitatō de miſericordia dei/ et omīa pec-
cata et ipſa cōcupiſcentia in his/ qui illis
nō repugnant nec credūt ſibi ea remitti ꝓ
pter Chriſtum Qu. Quæ ſūt venialia? An
Vicōſi affectus hærentes in natura/ quibꝰ
tametſi etiam ſancti ſūt obnoxij nō tamē
ijs obtemperant ſed repugnant illis et cre
dunt ſibi eos ꝓpt̄ Chriſtū cōdonari/ Qu.
Meremur ne remiſſionem peccatorum no-
ſtris bonis opibus? An. Non/ peccata enī
remi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

remittunt nobis a deo grat: ꝓpter Jeſū Chriſtum fide apprehenſum/ non propter noſtrorum opeꝝ dignitatem et meritū/ ne remiſſio peccatoꝝ fiat incerta/quod futu rum erat/ ſi penderet conditōe noſtrorum opeꝝ /aut noſtræ dignitat: Paul⁹ ad Eph 5. Per Chriſtū habem⁹ redemptionē/per ſanguinem ipſius/ remiſſionem peccatorū Ad Roma. 4 Jdcirco datur hæreditas ut ſecundum gratiā firma ſit ꝓmiſſio vniuer ſo ſemini Lu. Da teſtimonia decimi arti culi/ An. per Chriſtum habemus redemp tionem ꝑ ſanguinem ipſius remiſſionem ō nium peccatoꝝ /iuxta diuitias gratiæ ſuæ Ephe. 1 Chriſto omnes ꝓphetæ teſtimo nium ferunt/ ꝙ remiſſionem peccatoꝝ ac cepturus ſit per nomen eius/quiſquis credi derit in eum Acto. 10 Deus condonat no bis oīa delicta deleto/ qđ contra nos erat Chirographo/ Ad Colloſenſes 2. Si con fiteamur peccata noſtra fidelis et iuſtus ē deus/ vt remittat nobis/ peccata/ et emū det nos ab omni iniquitate/ priore Joa. 1

Lu. Quis eſt vndecimus articulus. An.

Credo Carnis reſurrectionem.

Lu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Qu. Quid hoc articulo credis? An. Hoc meum corpus in quo nunc viuo/et omnium hominum corpa/reſurrectura eſſe ĩ nouiſſimo die incorruptibilia et immortalia/piorum quidẽ ad æterna gaudia cũ Chriſto impioꝝ vero ad ꝑpetuas ĩpietatis ſuæ pænas cum diabolis / Qu. Da teſtimoĩa vndecimi articuli/An. Si inſiticij facti ſum⁹ illi ꝑ ſimilitudinem mortis eius/ nimirum et reſurrectõnis eius participes erimus/Roma 6 Scimus/ꝙ qui ſuſcitauit dominum Jeſum/ nos quoqꝫ ꝑ Jeſum ſuſcitabit/ 2 Cor. 4 Qu. Quis ẽ duodecim⁹ articl⁹ An

Credo vitam æternam. Amen.

Qu. Quid hoc articulo credis? An. Me/ cũ omnibus ſanctis/poſt hanc vitã caducam et malorꝝ omnium plenam/ æterna vita et ꝑpetua lætitia fruiturum eſſe in celis cum Chriſto Jeſu/capite noſtro/ Qu. Da teſtimonia duodecimi articuli/ An. Multi de his qui dormiunt in terræ puluere/ euigilabunt/ alij ad vitam æternam/ alij vero in obprobrium/ vt videant ſemꝑ/ Daniel 12. Et philipeñ 4 Et ſic ſemper cum domino erimus/ Qu. Cur addis Amen? An.

Quod credam omnia eſſe veriſſima propt Chriſtum.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

De tertia parte Catechiſmi.

De oratione dominica.

Qu. Quæ eſt tertia pars Catechiſmi? An. Oratio dominica/ Qu. Quid ē oratio? An. Seria imploratio diuini auxilij/ in quocunq; afflictionum ac neceſſitatis genere/ cum gratitudinis teſtificatōne/ Qu. Quot ſūt orationis ſpecies? An. Duæ Qu. Quæ? An. Inuocatio et gratiarum actio/ Qu. Quid eſt inuocatio An. ꝑcatio/ qua aliquid a deo per fidem in Chriſtum petimus/ Qu. Quid eſt gratiarū actio? An. Gratitudo animi/ qua beneficia diuinitus data agnoſcimus/et ꝓ ijs gratias deo agimus Qu. Quis eſt vſus orationis? An. Vt per eam noſtram fidem exerceam⁹/& a dō neceſſaria nobis/et alijs oīa petam⁹ et conſequamur/ et animi noſtri gratitudinē erga deum teſtemur/ Qu. Quot requirūt in oratione? An. Quinq;/ Qu. Quid eſt primum? An ꝑceptum dei/ quo iubemur auxiliū dei inuocare/cui qui nō obtēperāt non minus grauiter deum offendunt/ quā ſi in aliquod præceptū decalogi peccarent Qu. Quod eſt ſecundum? An. promiſſio dei/ qua deus ꝓmittit ſe nos orantes per Chriſtum exauditurum eſſe/ etiamſi nos

ſumꝰ indigni/quos exaudiat/ Qu. Quod
3 eſt tertium? An. Fides/ qua primum ſta-
tuimus nobis remitti peccata ꝑpt Chri-
ſtum/ꝙ p̃ces noſtras placere deō/ deinde cer
to credimus nobis/ quæ petimus a deo in
nomine Chriſti/euentura eſſe/ etiamſi ſta
tim nō impetremus/quæ petimus ſed di
fferatur aliquandiu exauditio/Neq; enim
modū liberatōis/ aut tēpus deo p̃ſcribere
debemꝰ/ Ipſe enim poteſt facere ſup̃/ quā
petere aut intelligere nos poſſumus/ad E-
4 phe. 3 Qu. Quod eſt quartū? An. Res pe
tenda/quæ nominari & exprimi debz in o
ratione/ Etſi enim deus melius/ꝗ̃ nos ip
ſi/ ſciat/quibus rebus opus habeamꝰ/ ta-
men vult nos ſentire noſtra mala et ſe tā-
ꝗ̃ autorem et datorem omniū bonoꝝ a no
bis agnoſci et inuocari/ Qu. Sunt ne bo-
na petenda a deo ſine addita cōditiōe? An
Bona ſpūalia/ut ſunt remiſſio peccatorū/
liberatio ab impietate et imperio Satha
næ/ nominis dei ſanctificatio et augmen-
tum eius regni/ eiuſq; voluntatis execu-
tio/donatio ſpūs ſancti/et æternæ vitæ/pe
tenda ſūt a deo ſine omni conditiōne/ Nā
deus p̃cipit/ut credamus hæc certo nobis
contingere ꝓpter Chriſtum/ Bona corpo
ralia/ ut eſt liberatō e periculis et afflictō-
nibus

nibus et reliquis vitæ incomodis/ petēda
ſunt cum conditione voluntatis dei/ et vti
litatis noſtræ. Requirit enī deus obedien-
tiam in afflictōibus/ et ut paulus ad Ro
ma. 8 inquit/ q̄ oraturi ſim⁹/ vt oportet/
non nouimus/ Qu. Quod eſt quintū? An. 5
Vt oratio noſtra fiat in noīe Chriſti ꝑp-
ter quem ſolum noſtræ p̄ces exaudiunt̄ a-
pud deum/ Chriſtus enim īterceſſor et pō-
tifex noſter interpellat ꝓ nobis et noſtras
præces ſuo patri offert et cōmendat/ Qu.
Quot mouere nos debent ad orandū? An.
Tria/ Qu. Quod eſt primū? An. præceptū 1
dei/ petite et dabit̄ vobis/ Mat. 7 Opor-
tet ſemp̄ orare et nō defatigari/ Luce. 18.
Indeſinenter orate/ in omīb⁹ grās agite/
Hæc eſt enī volūtas dei in Ieſu Chriſto er
ga nos. 1 Teſſ. 5 Quibus p̄ceptis pij de-
bent obtēperare ut libenter et ſæpe orēt et
ſtatuere ſuas p̄ces certo placere deo propt̄
Chriſtum / etiāſi ſint ipſi indgni quos de-
us exaudiat/ Et peccare eos/ qui nunquā
aut raro orant/ nec agunt gratias deo ꝓ
acceptis beneficijs/ Qu. Quod eſt ſecun 2
dū? An. ꝓmiſſio dei/ Quæcunq; petieritis
credite quod accipietis et erunt vobis/
Marci. 11. Et inuoca me in die tribulati-
onis et eripiam te et tu glorificabis me/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Ps̄ 49. Libenter igitur orare debemus/ et quia deus iuſſit/ ⁊ noſtræ p̄ces non ſunt futuræ irritæ/ ſed certo conſequemur quæ iuxta voluntatem dei petiuerimus/ Qu.

3 Quod eſt tertiū? An. Neceſſitas noſtra ⁊ ꝓximi/et eccleſiæ ꝑicula/ ut ſunt hæreſes/ impia doctrina/mali mores/tyrānis impioꝝ et innumeræ aliæ calamitates priuatæ ⁊ publicæ/quæ omnia oratio dominica cōplectitur/ Qu. Quid eſt oratio dominica? An. Forma orandi deum/ ab ipſo Chriſto nobis tradita/ ſummatim complectēs oīa/ quibus tum ad hanc vitam ſuſtentādā tum ad æternam conſequendam/ nobis opus eſt/ Qu. Cur dicitur dn̄ica? An Quod Chriſtꝰ dn̄s autor eiꝰ n̄r eſt/Quare etiā omnibus p̄candi formulis ab hominibus ex cogitatꝭ/ eſt p̄ferenda/Eſt enim deo patri hæc forma orādi omniū acceptiſſima ꝓpter autorem filium ſuum/ in quo ſolo ipſi ē bene cōplacitū Mat. 17. Qu. pronūtia.

An.

Pater noſter qui es in celis Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in celo et in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita noſtra ſicut et nos remittimus de

bitoribu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

bitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tenta-
tionem. Sed libera nos a malo. Quia tuum eſt
regnum/ et potentia/ et glã in ſæcula ſæculoruz
Amen.

Qu. Quomõ diuidit oratio dominica? An.
in pricipiũ ſeu titulũ et ſeptem peticões
Qu. Quod eſt principium. An.

Pater noſter qui es in coelis.

Qu. Cuius nos admonet principiũ? An. pat
næ voluntatis et amoris dei erga nos/ Et
præſtandi quæcũqz ab ipſo petimus/ facul
tatis/ Qu. Cur deus patrem ſe appellat?
An. Et quod paterno animo erga nos ſu-
os filios affectus ſit/ et ut nos excitet vt
apud ſe ſolum auxilium i omnibus noſtris
periculis ac malis quæramus/ & expecte-
mus Qu. Cur noſtrũ patrẽ? An. quod nos
omnes ſumus filij dei in Chriſto/ et nos in
ter nos fratres/ quorum communis eſt hære-
ditas repoſita i coelis/ vita æterna/ Qu.
Cur additur? Qui es in coelis? An. vt ſci
amus nobis alium patrem/ quam eſt hic
in terris omnipotentem videlicet/ ſpũalez
et æternum eſſe in coelis/ qui vbiqz ſit et
adſit nobis/ qui nos et oĩa creauerit/ qui
nos coaptatos i filios ſuos p fidẽ in Chri
ſtũ foueat/ alat/ conſeruat/ reſpiciat/ et ſe

præcantes exaudiat/ qui cõtra omnẽ vim
et pericula corporꝭ et animæ nos tueatur/
quiq; nobis/post hanc vitam/daturus ſit
propter Chriſtũ/ vitam æternã in coelis/
vbi ille eſt/ lucẽ inacceſſam inhabitans

Qu.Quæ eſt prima petitio? An.

Sanctificetur nomen tuum.

Qu. Quid hac petitione oramus? An.
Vt nomen dei per nos innoteſcat/ glorifi
cetur/et ſanctum habeatur in toto mundo
quod tum fit cũ verbum dei pure docetur
et nos/ vt filios dei decet/moribus et ui-
ta noſtra illud exprimimus/Nã ſanctifica
re hoc loco ſignificat innoteſcere/laudari/
et p̃dicari/nomẽ dei ſignificat glãm et no
ticiã dei Qu. Quæ ẽ ſecũda petitio. An.

Adueniat regnum tuum.

Qu. Quid hac petitione oramus? An. Vt
deus pater noſter coeleſtis ſpiritum ſanctũ
nobis donet/ qui nos/donata fide in Chri
ſtũ/ a peccatis emundet/ amorem ſui ver
bi in nobis accendat/ ut illud libenter au-
diamus/ legamus/ tractemus et in vita
noſtra ac moribus referamus/ nos in omni
bus actionibus noſtris regat/ ut noſtro ex
emplo et pia vita apud alios quoq; reg-
num dei propagetur/ac omnes æterni reg
ni

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

ni hæredes poſt hanc vitam fiamus/
Qu. Quæ eſt tertia petitio? An.
Fiat voluntas tua ſicut in celo et in terra.
Qu. Quid hac petitiõe oramus? An. Vt
pater noſter coeleſtis/ mũdi/ ſathanæq́ car
nis noſtræ mala voluntate impedita/effi-
ciat/ ut omẽs homines ipſi in omnibꝰ re-
bus obediãt & placeãt in terra/quẽadmo-
dũ angli ĩ coelo ipſi ſemꝑ obediũt & placẽt
omĩaq́ de volũtate dei (nõ dæmonis nõ
mũdi/ nõ hoſtiũ Euãgelij) et gloriæ dei fi
ant Qu. Quæ ẽ quarta petitio? An.
Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.
Qu. Quid hac petitiõe oramꝰ? An. vt pa
t̃ ñr coeleſtis ꝓ ſua erga nos filios ſuos per
chriũ adoptatos/boĩtate/dz nobis oĩa qui
bꝰ ad hãc vitã cõmode ſuſtẽtadã & colẽdã
ĩdigemꝰ/ut ſũt cibꝰ/potꝰ/ueſtes/ꝓpriæ æ
des/obſequẽs fãilia/& liberi morigeri/do-
tes ĩgenij/ſucceſſus ĩ ſtudijs/piꝰ & prudẽs
magiſtratꝰ/ſalubritas aeris/bona ualetudo
pax & trãqllitas reipublicæ/Deniq́ ut det
nobis xbi ſui/quo ſpũs ñr paſcit/ſyncerã et
aſſiduã ꝑdicatõz/& id genꝰalia cũ corꝑalis
tũ ſpũalis vitæ ꝓſidia/quæ cũ a deo peti
mus/ſimul fatemur ea/ non noſtro labore
aut induſtria parari/ſed dei eſſe beneficia/
pro quibus ipſi grãs agere debemus. Qu.

Cur additur quotidianum et hodie? An. Vt mediocri alimonia cõtenti viuamꝰ nec quæſita et donata a deo per luxum et gulam profũdamus/ et ꝑdamus/ et ut meminerimus frequenter orandum eſſe/ cũ aſſidue his rebꝰ egeamus/ Qu. Quæ ẽ quinta peticio? Et remitte nobis debita noſtra ſicut et nos remittimus debitoribus noſtris.

Qu. Quid hac peticione oramus? An. Vt pater noſter coeleſtis velit nobis aſſidue condonare debita noſtra ꝓpter Chriſtũ mediatorẽ noſtrũ gratuito/ quẽadmodũ ipſi libenter condonamꝰ offenſas iis/ qui nos offenderunt/ Qu. Remittit ne deus nobis peccata ꝓpter noſtram condonationẽ? An. Non/ ſed ꝓpt fidẽ in Chriſtũ. Noſtra aũt condonatio eſt certiſſimum ſignum condonationis diuinæ/ qua fides noſtra cõfirmatur et certi ſumus/ nobis quoq; ignoſci a deo ꝓpt Chriſtũ Qu. Quæ ẽ ſexta peticio? An. Et ne nos inducas in tentationem.

Qu. Quid hac petitioẽ oramus? An. Ne pater noſter coeleſtis ſinat nos induci in tẽtationem/ in qua deſperemus/ ſed nos defendat contra Sathanæ/ mundi et carnis noſtræ inſidias/ ne ab iis decepti in diffidentiam/ deſperationem/ aut alia ſcelera/

incid-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

incidamus/ et ſi ab illis tẽtemur/ vt nobis
ad gloriam ſuam et noſtrum ꝑfectum/ in
tentationibus victoriam tribuat/ ⁊ vt cũ
tentatione faciat euentum/ vt Paulus ad
Corint. ait Fidelis ẽ deus qui nõ ſinit uos
tentari ſupra id quod poteſtis/ imo fa
ciat cũ tentatione euentum quo poſſitis
ſufferre/ 1 Cor. 10 Qu. Quæ ẽ 7 petitio/
An. Sed libera nos a malo Amen.
Qu Quid hac petitione oramus? An. In
ſumma petimus/ vt pater noſter coeleſtis
liberet nos ex omnibus miſerijs/ ærumnis
et malis huius vitæ/ ⁊ e regno Sathanæ
ac tãdem donet nobis foelicem diſceſſũ ex
hac calamitoſa vita/defunctis vitam ⁊ iu
ſtitiam æternã Qu. Quomodo diſtinguũt
hæ petitiones? An. In trib⁹ prioribus pe-
timus bona ſpũalia et æterna/ quæ ad glo
riam dei et vtilitatẽ noſtrã pertinẽt/ Qua/
tuor poſtremis petim⁹ bona corꝑalia quæ
tamen ad ſpũalia ⁊ æterna cõſequẽda ſũt
nobis neceſſaria/ Qu. Cur additur Amen?
An. Ne dubitemus/ quin noſtræ preces ex
auditæ ſunt a deo in coelis propter Chri-
ſtum/ etiamſi nos indigni ſum⁹/qui exau-
diamur/ Amen enim Hebreis ſignificat fi-
deliter/ aut fiat.

Quia tuum eſt regnum etcetera.
Clauſula/quæ in græcl codicib⁹ legit/con
tinet ratõnem/cur p̄dicta bona a ſolo deo
petamus et expectemus/ Quia ipſe ſit de
us et rex omipotens/et glõſus/cuius impe
rium/et voluntatem in nobis iuuãdis nul-
la creatura queat impedire Quare debet
hæc clauſula noſtrã fidem ĩ orãdo cõfirma
re,et/ deum nos iuuare poſſe/quia ſit omi
potens/ et velle etiam/quia ſit noſter pat/
clementiſſimus/ ut ita omnẽ glãm noſtræ
liberatõnis/ conſolatõnis et auxilij tãtũ
potentiæ/et bonitati dei adſcribam⁹
et nomen domini glõſũ ampliſſi
mis ſp laudibus celebrem⁹.

De quarta parte Catechiſmi.

De pænitentia/ Confeſſione/ et Abſolutione.

Qu. Quæ eſt quarta pars Catechiſmi?
An. Doctrina de pænitentia/ confeſſione/
et Abſolutione.

De pænitentia.

Qu. Quid eſt pænitentia? An. Agnitio et
dolor cõſcientiæ de commiſſo peccato/ cũ
certa fiducia peccatũ nobis eſſe remiſſũ a
deo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

deo propter Chriſtum/ vel pœnitentia eſt
conuerſio peccatoris ad Chriſtum/ Qu.
Quot ſũt partes pœnitẽtiæ? An. Duæ Qu.
Quæ? An. Contritio et fides/ Qu. Quid
eſt contritio? An. Dolor ſeu pauor conſcien
tiæ vere agnoſcẽtis peccata ſua & iram de
i/ et pœnam aduerſus peccata/ de quo ter
rore cõſcientiæ Eſaiæ. 66 Vbi habitabit
dñs? In ſpũ contrito et humiliato/et pſ̃
51. Spiritum cõtritum et humiliatũ non
deſpicies/ Qu. Quõ is dolor fit in animis
hominũ? An. Cum ſpũs ſanctus oſtendit
nobis per legem peccata noſtra/ irã & hor
rendum iudiciũ dei aduerſus peccatores/
Qu. Meret ne contritio remiſſionẽ peccato
rum? An. Non/ remiſſio enim peccatoꝝ do-
natur nobis gratis/ ꝑpter Chriſtum. Cõ-
tritio autem et veri terrores propter pec-
catum conſcientiæ incuſſi pariunt deſpera-
tionem et odium dei/ac tandem afferrent
æternam mortem/ niſi fides altera pars
pœnitentiæ accederet/ Qu. Quid eſt fides?
An. Certa fiducia de gratuita remiſſione
peccatorum propter Chriſtum/quæ conſci
entiam noſtram conſolatur atqȝ erigit/ ne
in terroribus peccati deſperet/ſed certo cre
dat/ſibi ꝑpt Chriſtũ remiſſa eſſe peccata
Hac fiducia q̃a caruerũt Cayn & Iudas/
nõ

non ſunt cõſecuti remiſſionem peccatorum ſed deſperarunt de miſericordia dei/ et dãnati ſũt/ etiãſi eos ex animo peccati pœnituerit/ Qu. Quomõ hæc fiducia cõcipit? An. Cum ſpũs ſanctus mouet ꝑ Euangelium cor peccatoris/ ut certo ſtatuat remiſſionem peccatorũ/ ſibi gratis eſſe donatam ꝓpter Chriſtũ/ Qu. Qui ſunt digni fructus pœnitentiæ? An. Timor dei/ obedientia erga deũ/ charitas erga ꝓximũ/ emẽdatio vitæ/ et bona opera quæ ad gloriã dei et vtilitatem ꝓximi/ facimus per ſpiritum ſanctum/ quẽ ꝑ fidem in Chriſtum accepimus Qu. Quis ẽ finis pœnitentiæ? An. Remiſſio peccatoꝝ/ iuſtificatiõ/ donatio ſpũs ſancti/ et vita æterna/ quæ vere pœnitentibus donaꝫ gratis ꝓpꝫ Chriſtũ.

De confeſſione.

Qu. Quid ẽ confeſſio? An. Eſt qua homo Chriſtianus peccata ſua confiteꝫ/ vel deo/ vel ꝓximo/ cũ veniæ deꝑcatiõe Qu. Quotuplex ẽ confeſſio? An. Triplex Qu. Quõ? An. Alia fit deo/ alia ꝓximo/ alia miniſtro eccleſiæ Qu. Quid ẽ confeſſio quæ fit deo? An. Eſt qua nos corã deo reos oĩum peccatoꝝ fatemur/ et veniã eoꝝ petimus/ a deo propter Chriſtũ de qua Pſ. 31 Dixi

conſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã/
et tu remiſiſti impietatem peccati mei Et
1 Joan. 1 Si cõfiteamur peccata noſtra/
Deus fidelis ẽ et iuſtus/ ut remittat nobis
peccata nrã/ et emũdet nos ab oĩ iniquita
te Qu. Quid eſt confeſſio quæ fit ꝓximo?
An. Mutua Chriſtianoꝝ inter ſe recõcilia-
tio/ cum offenſæ culpam mutuo deprecãt
et remittunt/de qua Jacobi 5. Confitemi
alter alteri peccata veſtra/ et Marci 11.
Cum ſteteritis ad oratõnem/ remittite ſi
quid habetis aduerſus aliquẽ Qu. Quid
eſt confeſſio quæ fit miniſtro eccleſiæ? An.
Eſt qua peccata quæ noſtram conſcientiã
angunt/ miniſtro verbi dei reuelamꝰ/ con
ſolatõnis et cõſilij capiendi gratia Qu.
Quot ꝑtes habet hæc confeſſio? An. Du-
as/ Qu. Quas? An, Enumeratõnem pec-
catoꝝ/quæ cõſciẽtiã nrãm grauãt/ ꝗ abſo
lutionem/ Enumeratio omnium peccatoꝝ
non eſt neceſſaria/ neq; iure diuino mãda-
ta/quia ea nec a Chriſto ꝑcipitur/ nec fi
eri poteſt/ iuxta illud pſ̃. 19 Delicta quis
intelligit ꝗ ab occultis meis mũda me Nõ
igiẽ enumeratione peccatoꝝ omniũ conſci-
entiæ ſũt onerãdæ/ Neq; enĩ ſacerdos ab-
ſoluit confitentem/ut iudex/ qui cauſam/
et delicta prius cognoſcit/ ſed vt miniſter
qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

qui habet a deo mandatum non cognoſcē
di peccata/ ſed abſoluendi ōnes/quos pec
cati pœnitet/ et teſtantur ſe deinceps dig-
nos fructus pœnitētiæ facturos/et credūt
ſibi peccata remitti ꝓpter Chriſtum Qu.
Quid in hac cōfeſſione inprimis ſpectan-
dum eſt? An. Abſolutio/ ſeu remiſſio pecca
torum/ quam a miniſtro eccleſiæ/ non alit
accipere/ nec minus veram credere confitē
tem oportet/quam ſi ipſe deus/ corꝑali p̄
ſentia cōſpicuus eum peccatis abſolueret/
Deus enim ipſe per miniſtrū eccleſiæ/ nos
abſoluit/ iuxta illud Qui vos audit me
audit Qu. Quibus de cauſſis miniſtro ec
cleſiæ eſt confitendum? An. Primo/ut hac
occaſione petamus/ et accipiamus ab eo
remiſſionem peccatorū/ quā nobis loco de
i in abſolutōe/ certiſſime offert/ ꝓpt Chri
ſtum Iuxta illud Ioan. 20 Quorūcunqꝫ
remiſeritis peccata/ remittūt eis/Secun-
do vt hac priuata confeſſiōe commodius
in verbo dei inſtituamur/ a ſcrupulis cōſci
entiæ liberemur/ et de rudioribus Chriſti-
anis fiat periculum/ ſint ne idonei ad
percipiendam Eucharistiam ad quam
non debent admitti prius inexplorati et
contemptores huius confeſſionis/ Tertio/
ut miniſter verbi dei cōſcientias verbo E-
uāgelij

uāgelij conſoletur/ a peccatis dehortetur/ et vitandi peccati det conſiliū Qu. Quo modo confiteris deo? An. Cum diligenter et exacte decem p̄cepta ꝑcurri/ et apud a- nimum meū ꝑpendi/quam grauiter ⁊ quā ſæpe contra deum peccauerim/me de pec- catis reum ꝑago/ eaq; mihi remiſſa eſſe ꝓpter Chriſtum ex verbo dei/ certo ſtatu o/et dico/ O clementiſſime pater coeleſtis miſer ego homo/ in peccatis concept⁹/ et natus/confiteor coram te/quod multꝭ me is et grauibus peccatꝭ te ſæpe offendi a primis annis pueriticiæ meæ/ uſq; in hoc tē p⁹/et fateor quoq; me nulla ratōne a pec catis ⁊ æterna morte liberari poſſe niſi tu a gratuita condonatione/ ꝓpter mortem tui filij Jeſu Chriſti/ Ideo obſecro te mi pater/ ut mihi condones oīa peccata mea/ ꝓpt̄ Chriſtū/filiū tuum et impertias mihi ſpiritum ſanctū/ qui purificet cor meū ſa- naq; grā confirmet/ et regat/ne in priſtina peccata relabar/Amen. vel dico pſalmum/ Miſerere mei deus/ vel cū publicano/ Do- mine ꝓpitius eſto mihi peccatori/ Qu. Quomodo confiteris proximo? An. Si quid offenſe interceſſit mihi cum proximo/ cui⁹ author ipſe fuerim/dico Chariſſīe frat̄ ī ieſu chriſto cōdona mihi qđ nuꝑ te verbo

facto

facto/ cõtumelia/maledicto læſti/ ego quo
q; viciſſim tibi libẽt & ex animo condono/
quicquid vſq; i me peccaſti/ Qu. Quomõ
confiteris miniſtro eccleſiæ? An. Reuerent
ipſũ accedo/ et flexis genib⁹ dico. Venera
bilis domine/ rogo te ꝑ Chriſtum/ vt dig-
neris confeſſionem meã audire et remiſſio
nem peccatorũ mihi ex verbo dei/ annun
tiare/ cũq; ille reſponderit/ libent/ pergo
Ego miſer peccator confiteor me corã de
o/omnĩu peccatoꝝ reum eſſe/ p̃cipue autẽ
coram te confiteor/ me in deum grauiter
peccaſſe/ ꝙ illum neq; timui neq; amaui/
neq; colui/ omnemq; ſpem meam in ipſo
non poſui/ ſed ingratus tãq; deus nõ eſſz/
omnia ꝓ libidine mea egi/ nõ ex verbo e-
ius ſtudium et vitam meam comparaui/
parentes/ p̃ceptores/ condiſcipulos meos
ſæpe offendi/ verbũ dei contempſi/ & neg-
ligens in officio meo fui/ non diligent ver
bo dei et bonis literꝭ incubui/ i leges ſcho-
læ noſtræ frequenter peccaui/præceptorib⁹
iuſtũ honorem non habui/tempus et pecu
niam nihil diſcendo/ ꝑdidi/ parentes et p̃
ceptores ad iracundiam mea petulantia/
ꝓuocaui. Cõfiteor etiam laſciuiam/ quã i
dictꝭ et factꝭ ſæpe prodidi/ſæpe cum meo
condiſcipulo rixatus ſũ/ ſæpe cõtra ꝑentes
præce

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

& p̄ceptores murmuraui/ſæpe eis male p̄catꝰ ſum/ pænitet aūt me horꝝ peccatorum/et oro veniā ac remiſſionē peccatorꝝ Quare obſecro te/ ut me/ pro officio tuo/ ex verbo dei abſoluas/ & deum pro me ores/ ut mihi liceat poſthac/ adiuuāte me gratia dei/ viuere ſanctius.

De Abſolutione.

Qu. Quid eſt abſolutio? An. Eſt annūtiatō gratuitæ remiſſionis peccatorꝝ donate propter Chriſtum/quæ propt̄ poteſtatē clauium/ quā Chriſtus ſuæ eccleſiæ dedit/ valet/ Qu. Quid eſt poteſtas clauiū? An. Eſt poteſtas remittendi et retinendi peccata eccleſiæ a Chriſto tradita/ Matthe. 18 Quæcūqꝫ allegaueritis ſuper terram/erunt ligata et in coelo/ Et quæcūqꝫ ſolueritis ſup̄ terram/ erunt ſoluta et in coelo/Soluere enim ſignificat remittere peccata pænitentibus et credentibꝰ in Chriſtum/Ligare vero/ retinere peccata ijs/ qui non reſipiſcunt/ nec credunt in Chriſtū/ His non eſt impertienda abſolutio/Qu.Quotuplex eſt abſolutō? An. Duplex/ Qu. Quō? An. Publica et priuata/Qu. Quæ eſt publica? An. Eſt/ qua miniſter verbi dei/ cum publice Euāgelium annuntiat/ omnibus/ qui

Euāgelio credunt/ remiſſionem peccatoꝝ
prædicat et offert ꝓpter Chriſtum/ Qu.
Quæ eſt priuata abſolutio? An. Qua mi-
niſter eccleſiæ ſingulis in confeſſione priua
ta/remiſſionem peccatorum/ex verbo et ꝟ
tute dei annuntiat/ propter Chriſtū/Qu.
Quis eſt priuatæ abſolutionis vſus? An.
Vt/ꝑ illam,/ tanquā uocem dei/ de coelo
tonantem/ cōſciētia noſtra cōfirmet/de re
miſſione peccatoꝝ/ gratis donata propter
Chriſtū/ Qu. Quid in abſolutione requi-
ritur? An. Fides/ qua is/ qui abſoluit/cer
tiſſime apd̄ ſe ſtatuit/ſibi remiſſa eſſe pec-
cata ĩ celis/ nō minus uere/ꝙ ſi ipſe deus
viſibili ꝑſentia/eum abſoluiſſet/iuxta dic-
tum Chriſti/ Quorumcūq; peccata remi-
ſeritis/ remittūtur eis Et quorūcunq; reti-
nueritis/ retenta ſunt/Joan. 20. Qu. Eſt
ne aliqua in abſolutōe addēda ſatisfactō/
ſeu compenſatio pro peccatis? An. Nulla
prorſus/Solus enim Chriſtus eſt ſatisfac
tio/ et victima ꝓ peccatis noſtris/ nō vl-
la noſtra opa/aut ſatisfactōes/Joan 1 Ec
ce agnꝰ dei/ꝗ tollit peccata mūdi ad Ephe
5 Chriſtus dilexit nos/ et tradidit ſemet-
ipſum pro nobis/ oblationem et victimā
deo in odorem bonæ fragrātiæ/ et 1 Joā. 2
Chriſtus eſt ꝓpitiatio ꝓ peccatis noſtri

Inte

Interdum pœnæ corporales irrogantur a deo poſt pœnitentiam/ non/ut ſint compẽſatiões ꝓ peccatis/ ſed ut ijs exerceatur fides noſtra ĩ inuocando deo/Interdũ etiam ante conuerſionem/ pœnæ imponũtur ut ꝑ eas reuocemur ad pœnitentiam/ quæ pœnæ poſtea mitigant̄ aut ꝑrſus etiã tollunt̄/ propter pœnitentiam Unde Zachariæ. 1 Cõuertimini ad me ⁊ ego cõuertar ad vos/ pœnæ æternæ ꝓ peccatl/ vna cũ culpa/ remittunt̄ in abſolutõe ꝓpt̄ Chriſtũ.

De quinta parte Catechiſmi.

De Sacramentis.

Qu. Quæ eſt quinta pars Catechiſmi? An. Doctrina de ſacramentis/ Qu. Quid eſt Sacramentum An. Signum diuinæ ꝓmiſſiõis/ ac voluntatis dei erga nos/ ab ipſo Deo inſtitutum/ ad confirmandam fidem noſtram de remiſſione peccatorum/ Qu. Quot ſunt Sacramenta? An. Duo principalia/ Qu. Quæ? An. Baptiſmus et Sacramentum altaris hæc enĩ duo habẽt expſſe adiectã ꝓmiſſiõz dei de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

remiſſione peccatorum/ ſicut & abſolutio/ quæ ob id recte etiam Sacramentū dicitꝰ Afflictões/ elemoſynæ/oratõ/piæ vocatões & bona opa etiā pmiſſiones habent/ſꝫ non remiſſionis peccatoꝝ/ et gratiæ dei/ ideo hæc non pprie ſacramenta appellantꝰ Qu. Quot ſūt ptes ſacramenti? An. Duæ Qu. Quæ? An. Elementum et pmiſſio/ Qu. Quid eſt elementum? An. Signū externū ſeu viſibile/ pmiſſionē dei adiūctā habēs Qu. Quæ eſt pmiſſio ſacramentorū? An. proprie remiſſio peccatoꝝ/ Qu. Quis eſt vſus ſacramentorum? An. ut deus per ea/ nos ad credendū ſuis promiſſionibus de re miſſione peccatorum excitet/fidemqꝫ ĩ no bis confirmet/ Nam licet ſolus ſpūs ſanctꝰ certificet et confirmet noſtram fidem/ vtitꝰ tamen ad hoc externis ſignis/tanꝗ inſtru mentis/ quemadmodum p vêbum vocale/ corda noſtra ad credendum monet/et exci- tat/ Qu. Quid in vſu ſacramentorū requi ritur? An. Fides/ quæ pmiſſioni dei in ſa- cramentis certo credat/ Neqꝫ enim ſine fi- de ſacramenta proſunt/ Qu. peccant ne/ꝗ ſacramentis/ cum id poſſent/ non vtūtur? An. peccant/nam verbum dei et eius inſti tutionem negligunt et cõtemnūt/ Qu. pro ſunt ne ſacramenta per malos miniſtra-

ta

ta? An. proſunt/ Nam ſacramenta effica tia ſunt in credentibus/ propter mandatū et ordinationem diuinam/ non propt̃ dig- nitatem/ et ſanctimoniam eoꝝ/ qui ſacra- menta miniſtrant/ ne conſcientiæ de ꝓmiſſ ione ſacramentorum reddantur incertæ/

De Baptiſmo.

Qu. Quid eſt Baptiſmus? An. Aqua gratiæ et regenerationis/ verbo et manda to dei ĩcluſa/ quo offert̃ baptizatis remiſſi o peccatorum/ iuſtificacō/ donatio ſpirit⁹ ſancti/et vita æterna. Non tantum enim Baptiſm⁹ ē cæremonia ſeu externa nota/ qua a reliquis hominibus diſcernimur/ſed eſt ſignū voluntatis dei erga nos/quo de⁹ teſtatur ſe nos recipere in gratiam/ac no- bis remittere peccata ꝓpter ſuum filium/ ꝙ nos ſe ĩuocãtes exaudire ꝛ donare nobis ſpm̄ ſāctū/qui nos ſāctificet/ gubernet/ et nouā et æternā vitam ĩ nobis inchoat/vn de Paulus Baptiſmū appellat lauacrum regeneratōis/et Petrus pactū bonæ cōſci entiæ erga deū/qđ baptizati certo ſtatue re debēt/ ſe receptos iā eſſe ĩ grām a dō ꝓpt̃ ipſi⁹ filiū Qu. Qđ ē verbū baptiſmi?

Qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit/ſaluus
erit Qui vero non crediderit/condemnabi
tur/ Marci. vltimo/ Qu. Quod eſt man-
datum de Baptiſmo? An. Euntes doce
te omnes gentes/ baptiſantes eos in noīe
patris/ et filij/et ſpūs ſancti/Matt. vltiō.
Qu. Quod eſt Elementum baptiſmi? An.
Aqua verbo dei coniuncta/et per illud ſāc
tificata/Qu. Quæ eſt promiſſio baptiſmi?
An. Remiſſio peccatoꝝ/ iuſtificatō/et dona
tio ſpūs ſancti/ et vitæ æternæ/Qu. Quis
eſt vſus baptiſmi? An. Vt per eius miniſte
rium Chriſtianæ eccleſiæ inſeramur/ rege-
neremur/ fidem noſtram de remiſſiōe pec
catorū confirmemus/et exerceamus/accipi
amuſqꝫ ſpm̄ ſanctum/ cuius auxilio adiu-
ti/veterem hominem/ hoc eſt/ concupiſcen
tiam vna cū peccatis per totā vitā/ mor-
tificemus et vincamus Qu. Sunt ne ad
huc obnoxij peccati/qui ſūt baptiſati? An
peccata quidem omnia ī baptiſmo nobis
condonantur ꝓpter Chriſtum/ quē in bap
tiſmo induimus/ſed cōcupiſcentia carnis
ad peccandū/in nobis remanet/ inquit enī
diuus Auguſtinus. Remittitur concupiſcē
tia carnis in baptiſmo/ non/ ut non ſit ſꝫ
vt in peccatū non reputetur. Per ſpiritum
autem ſauctum/ contra illam concupiſcen-
tiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

tiam quotidie ſancti pugnant/ et ꝑ pæni-
tētiam quotidianam/tollere et penitus eā
extinguere conantur/ quæ pugna ſpiritus
et carnis/ ad mortem uſqꝫ durat/ ubi tan
dem vetus Adam et omnia peccata in no-
bis abolebunt/ Qu. Cuius nos baptiſm⁹
admonet? An. Pænitentiæ per immerſio-
nem in aquam et remiſſionis peccatōꝝ/ ſeu
vitæ nouæ ac ſanctæ/ ꝑ reditum ex aqua/
Immerſio enim in aquam/ſignificat vete
rem hominem ſubmergi et mori cū pecca-
tis et malis concupiſcentijs/ Emerſio/ſeu
reditus ex aqua/ſignificat nouum iam eſſe
hominē/ qui ablutus a peccatis & reconci-
liatus deo ꝑ ſanguinem Chriſti/ deinceps
in ſanctitate et iuſtitia coram deo victur⁹
ſit in æternum Vnde paulus ad Roma.6
Sepulti igitur ſumus vna cum Chriſto ꝑ
Baptiſmū in mortem/ ut quēadmodū ex
citatus eſt Chriſtus ex mortuis per gloriā
patris/ ita et nos in nouitate vitæ ambu
lem⁹/ Qu. Quoties baptiſmo vtendum
eſt? An. Semel in vita/ neqꝫ enim cære-
monia iterari debet/ ſed vis et meditati
o baptiſmi/ aſſidua eſſe debet et omni
vita durare/ et cum nomina noſtra audi-
mus/ debemus in memoriā reuocare/ de-
ū nos olim in baptiſmo recepiſſe i grām/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

et nobis vere remittere peccata/ et donaſ-
ſe ſpm̄ ſanctum Qu. Quis baptiſimi vere
redditur particeps? An. Qui ꝓmiſſioni de
i de remiſſione peccatoꝝ / donatione ſpūs
ſancti/et vitæ æternæ/ in baptiſmo oblatæ
firmiter credit/ Qu. Supeſt ne remiſſio
peccatorum prolapſis ī peccata poſt bap-
tiſmū? An. Etiam/ nam deus per Ezechi-
elem/ 33. ait. Viuo ego nolo mortem pec-
catoris/ ſed magis/ut cōuertatur et viuat
et Chriſtus Lucæ 15. ait/ Gaudium ē an
gelis dei ſup vno peccatore pænitētiā agē
te/Et diuus petrus/ patiens ē erga nos
de⁹/dum nō vult vllos perire/ ſed oēs ad
pænitentiā recipere/ 2 petri. 3 Et oēs pij
orant quotidie/ Dimitte nobis debita no
ſtra/ Et Dauid/ Manaſſe/ petrus/ & mul
ti alij cōſecuti ſunt remiſſionem peccatoꝝ
pænitentiā agentes/ Blaſphemis vero et
obſtinatis non reſtat remiſſio peccatorū/
donec contra conſcientiam in peccatis pſe
uerant/ et pſequūtur verbum dei Qu. Er
rant ne/ qui infantibus baptiſmum inter-
dicunt? An. Errant/ Qu. Quibus hoc ar-
gumentl ꝓbas? An. Et quia Baptiſmus
ſucceſſit Circūciſioni/ quæ fiebat octauo
die/ a puero nato/ et quia ſancta eccleſia
iam multis annis/inde ab apoſtolorū tem
pore

pore/ infantes baptizauit/ et/quia/ Chri
ſtus dicit/ Sinite paruulos venire ad me
nam illoꝝ eſt regnum coeloꝝ. Et/non ē vo
luntas coram patre meo/ qui in coelis eſt
ut pereat vnus de puſillis iſtis. Qui duo
loci clariſſime teſtantur/ ad pueros etiam
pertinere regnum dei & ꝓmiſſionem Euan
gelij/cuius participes fieri non poſſunt/ni-
ſi per Baptiſmum recipiātur in eccleſiā/
extra quam nulla eſt ſalus/ Nam ea ē reg
num Chriſti/in qua Chriſtus eſt efficax ꝑ
verbum et ſacramenta/ Queādmodū igit̃
Iudeorum infantes circūcidebant̃/et cir-
cūciſi placebant deo/ ita quoq; Chriānoꝝ
pueri ſunt baptizandi/ et baptizati placēt
deo/ Nam vtriuſqꝫ ſacramenti/Cricum-
ciſionis et baptiſmi/eadem eſt ſignificatō
et finis/ ut ſint videlicet ſignum gratiæ ꝓ
miſſæ ꝓpter Chriſtum/ et carnis noſtræ
mortificandæ/ Vnde Paulus Circumciſio
nem ſignaculum iuſtitiæ fidei vocat ad
Roma. 4 Non ſunt itaqꝫ arcendi infātes
a baptiſmo/ ſed curādum/ ut ꝙ primum
hoc ſigno accepto/membra fiant ec-
cleſiæ/ et Deus promiſſio-
nem ſuam eis
impertiat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

De Sacramento altaris.

Qu. Quid eſt Sacramentum altaris? An. Verum corpus et verus ſanguis dñi noſtri Jeſu Chriſti/ ſub pane et vino/ ab ipſo Chriſto ideo inſtitutum/ ut Chriſtiani id manducarent et biberent/ ad fidẽ ſuam de remiſſione peccatoꝝ confirmãdam/ et ad memoriam Chriſti recolendam Qu. Quæ ſunt verba quibus hoc ſacramentũ Chriſtus inſtituit/ An.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ea nocte/ qua traditus eſt/ accepit panem/ et poſtquã gratias egiſſet/ fregit/ et dedit diſcipulis ſuis dicens/ Accipite/ comedite/ Hoc eſt corpus meum/ quod pro vobis datur/ Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter et poſtquã cœnauit/ accepto calice/ cum gratias egiſſet/ dedit illis/ dicens/ Bibite ex hoc omnes/ Hic calix nouum teſtamentum eſt/ in meo ſanguine/ qui pro vobis effunditur/ in remiſſionem peccatorum/ Hoc facite/ quotienſcunqꝫ biberitis in mei cõmemoratõꝫ.

Qu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Lu. Quot ſunt in his verbis conſiderāda? An. Duo/ Lu. quæ? An. Quid Chriſtus iub: at nos facere/ et credere/ Lu. Quid iubet nos facere? An. Vt edamus ſuum corpus/ et bibamus ſuum ſanguinem/ idq; ī ſui commemorationem/ ut videlicet annūtiemus mortem domini/ donec veniat/ ſicut paulus interpretatur Lu. Quid iubz nos credere? An. primo ſub pane vere eſſe ſuum corpus pro nobis paſſum et crucifixum Sub vino vere eſſe ſuum ſanguinē pro noſtris peccatis effuſum/ Nam deus verus eſt/ et omnipotens/ Ideo facere poteſt quæcunq; vult/ et/ ut paulus inquit/ Roma. 4 vocat ea/ quæ non ſunt/ ut ſint et pſ̄. 32 Ipſe dixit/ et facta ſunt/ ipſe mandauit et creata ſunt/ Secundo/ ſuum corpus pro nobis eſſe in mortem traditum/ et ſanguinem ſuum effuſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum/ hoc certo nos credere oportet/ Nam ſine hac fide nihil prodeſt vti hoc Sacramēto/ Tertio/ Omnes homines natura filios eſſe iræ/ vt paulus inquit/ conceptos et natos in peccatis/ Ideoque in æternum damnandos eſſe/ niſi Chriſtus filius Dei homo factus/ nos Deo Patri/ ſua morte reconciliaſſet Lu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Qu. Quis eſt vſus ſacramenti altaris? An
Vt eo vtẽtes memoriam redemptõis no
ſtræ/ factæ per Chriſtum renouemus/ fidẽ
q̃ noſtram de remiſſione peccatoꝝ donata
gratis ꝓpter Chriſtum confirmemus Cũ
enim manducamus corpus Chriſti/ et bibi
mus eius ſanguinem/ ſicut ipſe inſtituit/
certo ſtatuere debemus nos membra eius
eſſe/ ꝓ quibus ſit paſſus et mortuus/ pro
quo ineffabili beneficio ſemꝑ illi gratias a
gere debemus et charitatis officia exerce-
re erga proximum/ quẽadmodũ ipſe nos
dilexit/ et ſeipſũ tradidit pro nobis Qu.
Quis digne ſumit hoc ſacramentum? An.
Qui peccata ſua ex lege dei vere agnoſcit
et deteſtatur/ et ſtatuit meliora præſtare/
atq; his verbis Pro vobis datur/ & pro
vobis effunditur in remiſſionẽ peccatoꝝ/
firmiter credit/ Qu. Quis indigne ſumit?
An. Qui non agit pœnitentiam/ nec credit
ſibi peccata condonari ꝓpter Chriſtũ/ Vn
de paulus grauiſſima cõminatõe vſus eſt
aduerſus eos/ qui indigne ſumũt/ inquiẽs
Quiſquis ederit panem hunc/ aut biberit
de poculo domini indigne/ reus erit corpoꝛ
et ſanguinis domini/ Item Qui edit/ aut
bibit indigne/ iudicium ſibi ipſi edit et bi-
bit/ non dijudicans corp⁹ domini &c. Ide
o ma

o manifeſtis criminibus obnoxij/ ad hoc
ſacramentum non ſunt admittendi niſi te-
ſtentur ſe agere pœnitentiam et credere in
Chriſtum/Qu. Quot requirũt in vſu ſa-
cramenti altaris? An. Tria/Qu. Quæ? An
Agnitõ peccatorum/ vitæ emendatõ/& fi-
des/qua certo credimus Chriſtum corpus
ſuũ pro nobis in mortem tradidiſſe et ſãg
uinẽ ſuũ effudiſſe in remiſſionem peccatorꝫ
noſtrorꝫ/Qu. Quando ſacramento altaris
eſt vtendũ? An. Cum conſcientia noſtra
peccatis angitur/ et certa eſſe de remiſſio-
ne peccatorꝫ deſyderat Qu. Quot mouere
nos debent ad ſumendũ ſacramentũ alta-
ris? An. Tria/Qu. Quod eſt primum? An
præceptũ dei/ Nam inquit Chriſtus/ E
dite/ bibite/et hoc facite in mei comme
morationem Quibus verbis obtempera
re debemus/et hoc ſacramento ad confirã
tionẽ noſtræ fidei/frequenter vti. Quoties
vero/ & quo tempe id fieri debeat/Chriſtꝰ
liberum reliquit/Qu. Quod eſt ſecũdum?
An. promiſſio pro vobis datur/et pro
vobis effundit in remiſſionem peccatorũ/
Qu. Quod eſt tertiũ? An. noſtra neceſſitas
Quotidie enim peccamus/ et opus habe
mus aſſidua remiſſiõe peccatorꝫ et noſtræ
fidei q̃ haud facile ſimplici vb o credit/cõ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

firmatione/ quæ cum nobis in hoc ſacramento ꝓmittunt et offerunt/ſæpe eo vti debemus/ Qu. Quid oras ante communionem? An. Dico O clementiſſime dñe Jeſu/ da quæſo/ ut tuũ ſantiſſimũ corpꝰ et ꝓcioſiſſimum ſanguinem digne accipiã ad cõfirmandam fidem meam de remiſſione meorũ peccatoum/ et accendendã et augendam dilectõnẽ erga ꝓximum Amen. Qu. Quid oras poſt communionem? An. Dico flexis genibus/ Ago tibi grãs Domine Jeſu Chriſte/pro tua ineffabili charitate/ quod genus humanum per tuã paſſionẽ et mortem/ ab æterna morte et damnatione redimere dignatus es/ et oro te/ ne patiaris hoc tuum corpus pro me fruſtra in mortem traditũ/ et hunc ſacroſanctũ ſanguinem tuũ effuſum eſſe/ ſed tu o corpore ſemp̃ paſcas animũ meum/ tuo ſanguine viuifices ſpm̃ meũ/ ut paulatim adoleſcens virtutum auctibus/efficiar idoneum membrũ corpis tui myſtici/ quod eſt eccleſia Amen.

De Chriſtiana Vocatione.

Qu. Quid ẽ Chriſtiana vocatio? An. Genus vitæ/ qđ verbo et mãdato dei nititur/Qu. Quod ẽ verbũ & mãdatũ de vo-

catõ

catõne? An. In ſudore vultus tui veſceris
pane tuo. Gene. 3 Vnuſquiſqȝ in eo/ in
quo vocatus ẽ/ maneat apud deũ/ 1 Cor.
7. Qu. Quotuplex ẽ vocatio? An. Du-
plex Qu. Quõ? An. Eccleſiaſtica et politi
ca/ Qu. Quid ẽ vocatõ eccleſiaſtica? An.
Munus docendi Euãgeliũ et adminiſtrãdi
ſacramenta eccleſiæ/quæ ſumma et ãpliſſi
ma ẽ in terris functio/ Cui iungendũ eſt
et munus inſtituendi iuuentutẽ/ & diligen-
tia diſcendi bonas literas/ quibus eccleſia
opus habet/ Qu. Quid eſt vocatõ politi-
ca? An. Munus quo cõſtituũtur/ admini-
ſtrãt/ & cõſeruãt reſpublicæ/& adiuuat px
im9/ut ẽ vocatio magiſtratuũ/cura alẽdæ
fãiliæ/educãdi & recte iſtituẽdi liberos/ſer-
uorũ cõditõ/ oĩaqȝ honeſta artificia/quib9
vita huãna carere nõ poteſt/ Qu. Quid in
vocatione requiritur? An. primo ut nitat
verbo et mandato dei ſine quo omnia ge
nera vitæ/ quãtũuis ſãcta in ſpetiẽ/ ſunt
impia/ nec placent deo/ Secũdo/ ut ſint
deſtinata ad ppagãdã et illuſtrandã glori
am dei/ et ad iuuandum proximum/ Qu.
Quis eſſe debet cuiuſqȝ vocationis finis?
An. propagatio gloriæ dei et vtilitas
proximi. Omnes enim homines
ad hoc diuinitus vocati ſunt/ vt ſuo
quis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

quiſque loco aliquid ſtudij conferat ad il-
luſtrandam glām dei/ et ad iuuandū ꝓxi-
mum/ Hic finis eſſe debet omniū noſtraꝝ
actionum Qu.ſunt ne bona opera dicēda/
quæ fiunt iuxta piā vocationē? An. Sunt/
Talia enim opera/ uel ſoli deo placeant et
ſunt vera ſacrificia/⁊ hoſtiæ ſpūales /quas
deus a ſuis requirit/et eas p̄mijs corꝑoli-
bus et ſpūalibus ornat Id quod omēs pi
os adhortari debet/ ut diligenter officia
ſuæ vocatōis quiſqꝫ faciat/ et de ſua vo-
catione pia/ quantūuis humili ⁊ cōtēpta
coram mundo/magnifice iudicet ac ſenti-
at Qu.Eſt ne pia vocatio eoꝝ/ qui dant
operam bonis literis? An. Non ſolum ea
pia eſt et ſancta Sed eccleſiæ docendæ et
adminiſtrandis rebuſpublicꝭ ſumme neceſ-
ſaria Nam ſine literis ſacra ſcriptura et le
ges intelligi ⁊ tradi alijs non poſſunt/ nec
vlla pars vitæ honeſte īſtitui et gubernari
Quare gratiſſimum cultum deo p̄ſtant et
plurimis p̄mijs ⁊ ī hac vita ⁊ futura orna-
bunt̄ ſtudioſi adoleſcentes) qui ſedulā ope-
ram bonis literꝭ impendent/ ut aliquādo
eccleſiæ utilitati/⁊ reipublicæ emolumento
eſſe poſſint/ Econtra grauiſſimas pœnas
deo dabunt ignaui/ qui literarum ſtudio a
parentibus deſtinati/ negligunt occaſionē
diſcen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

diſceudi et tempus quod ſtudijs eſt ipſis conceſſum / ꝑdūt ignauia et otio / Rem itē gratam deo faciunt illi parentes / qui ſuos liberos bonis ingenijs præditos / ſtudio literarum dedunt / peccant vero illi / qui vel ꝑ licentiam liberos corrumpunt uel ꝓpter opes cummulandas eos abdicant literis ⁊ manuarijs opificijs adiungunt / quod uere ſacrilegium dicendum eſt / Nam bona ingenia et aptæ ſtudijs / Eccleſiæ et rebus publicis ſceleſte deprædantur.

De Cruce.

Qu. Quid eſt Crux? An. Quælibet afflictio / nobis certo conſilio et voluntate dei impoſita / Qu. Quotuplex eſt crux? An. Triplex / Qu. Quæ eſt prima? An. perſecutio iuſtorū / quam patiuntur propter cōfeſſionem Euāgelij ⁊ iuſtitiæ / de qua Mat. 5 Beati qui perſecutōem patiūt ꝓpt̄ iuſtitiā qm̄ illoꝝ ē regnū coeloꝝ Et 1 Timo. 3 Omēs / qui volunt pie viuere in hoc ſæculo / ꝑſecutōꝫ patiēt Et 1 petri. 4 Si ꝓbrī afficimini in nomīe Chriſti / beati eſtī. Qu Quæ ē ſecūda? An. Afflictio / quā deus nobis immittit / uel / ut nos reuocet ad pæni

tentiam/et peccati reliquias ī nobis mor-
tificet/ uel ut ꝑ eam glā dei fiat illuſtrior/
qualis crux fuit Lazari Lucæ.17 et Cæci
Joan. 9 Qu. Quæ ē tertia? An. pœna fa-
cinoroſorum/ quam patiūtur ꝓpt admiſſa
flagitia/ de qua. 1 Petri 4 Ne quis veſtrū
affligatur/ ut homicida/ aut fur/aut faci-
noroſus/ quæ tamen crux ſi a pœnitētib⁹
tollat̄ æquo animo/ ⁊ fide in Chriſtū/ eſt
ſancta/ ſicut latronis pendentꝭ cū Chriſto
in cruce Lucæ. 23 Qu. Quot ſunt crucis
ſpecies? An? Duæ Qu. Quæ? An. Crux
externa et interna/ Qu. Quæ eſt crux ex-
t̄na? An. Quæ tolerat̄ corpore/ſeu bonis ex-
ternis/ ut eſt perſecutio propter iuſtitiā/
et confeſſionem euangelij/fames/pauper-
tas/ exilia/ cruciatus/ orbitas liberorum/
caritas annonæ/mala valetudo/ mors de-
niq; ipſa corꝑalis/quæ omnium calamita
tū finis eſt/ et via ad vitam ⁊ glām coele
ſtem Qu. Quæ ē crux interna? An. Ten-
tatio ſpūalis ſeu triſtitia cordis/ qua etiā
ſancti interdum afficiunt̄/cum ſentiūt irā
dei ī afflictionib⁹.qualis tētatō fuit Chri
ſti/cū exclamaret in cruce/Deus meus de-
us me⁹/quare me dereliquiſti/Qu. Quis
ē vſus crucis? An. Ut deus nos ꝑ eā reuo-
cet ad pœnitentiam/⁊ ad cognitōnē noſtræ
infir

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

infirmitatis perducat/peccatum in nobis
mortificet/ fidemq; noſtram probet et ex
erceat/& goiria dei per nos innoteſcat ali-
js/et fiat illuſtrior Qu. Quot cõſolari nos
debent in cruce? An. Quatuor/Qu. Quod
eſt primum An. Voluntas dei/Non enim 1
affligimur caſu/ ſed certo conſilio et per-
miſſione dei/iuxta hoc Matthei. 10 Capil
li veſtri omnes numerati ſunt/ et 1 Regũ
52. Dominus mortificat et viuificat/Qu.
Quod eſt ſecundũ? An. Mãdatũ dei/Vult 2
enim deus/ut ſui exerceantur cruce/et va-
rijs afflictõnibus in hac vita/ ut ſimiles
facti imagini filij ſui/cum ipſo glorificent̃/
Roma. 8 Ideo præſtanda eſt deo obediẽ
tia in afflictionibus/et peccatum eſt indig-
natio/ſeu impatientia in cruce/ſeu afflictõ
nibus/ Qu. Quod eſt tertium? An. afflic- 3
tiones non eſſe ſigna iræ dei/ſed paterni a
moris et voluntatis dei erga nos/iuxta il
lud prauer. 3 Quem diligit dominus/hũc
corripit/ et Apocalipſis? 3 Ego/quos amo
arguo et caſtigo Qu. Quod ẽ quartũ? An 4
Promiſſio auxilij & liberatõis/ quã deꝰ ꝓ
miſit ſuis pſ. 49 Inuoca me ĩ die t̃bulatõis
& ego eripiã te,/& tu glificabis me Qu. Sũt
ne afflictões digne vita æterna? An. Non/
Sola enim mors Chriſti eſt pretium vitæ

æterne/ nõ noſtra vlla oꝑa/ aut paſſiones
Et paulus Roma. 6 Vitã æternã donum
dei vocat et capite 8. ĩquit/Reputo nõ eſ
ſe pares afflictões pſẽtis tẽpoꝝ ad gloriã
quæ reuelabit erga nos.

De bonis operibus.

Qu. Quot partibus vita Chriſtiana
cõſtat? An. Duabus/ Qu. Quib⁹? An. Fi
de/ et bonis opib⁹/ Qu. Quid ẽ Fides An.
Certa fiducia/qua ſtatuim⁹ deũ nobis eſſe
ꝓpitiũ gratꝭ ꝑpt Chriſtũ/ Qu. Quis eſt
vſus fidei? An. Vt ꝑ ipſam apphẽdamus
miſericordiã dei ꝓmiſſã ꝑpt Chriſtũ Qu.
Quis ẽ fructus/ſeu affectus fidei? An. Re
miſſio peccatoꝝ/Juſtificatõ/pax cõſciẽtiæ
et bona oꝑa/ Qu. Quæ ſũt bona oꝑa? An.
Quæ a deo in decalogo ꝑcepta ſũt/ad glo
riã dei/utilitatẽ ꝓximi/et carnem cohercẽ
dã/Nam traditiones humanæ et cultus e
lecticij/nõ ſũt bona oꝑa dicenda/ſed cultus
quibus deus fruſtra colit/ iuxta illud Fru
ſtra me colũt mãdatꝭ hoĩnũ/Mat 15 Qu.
Quotuplitia ſũt bona oꝑa? An. Duplitia/
Qu. Quõ? An. Interna et externa/ Qu.
Quæ ſũt interna? An. motus interiores a
nimi/ cõſẽtientes legi dei/ quos ſpiritus
ſanctus ꝑ fidem ex uerbo dei/ in nobis cre
at

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

at & excitat/ Qu. Qui ſunt illi motus? An
Timor et dilectõ dei/ fiducia erga deũ/in-
uocatõ dei/ patientia/ charitas erga prox
imum/beneficentia/ caſtitas/ ueritas/& ſi-
miles uirtutes vtriuſq; tabulæ Decalogi/
Qu. Quæ ſũt externa? An. Officia ciuilia
quibus coram mũdo/fidẽ nrãm teſtamur/
et exercem⁹/adiuuamus proximũ/ carnẽq;
nrãm domam⁹/Qu. Quæ ſũt talia? An.
Celebratio & cõſeruatio cæremoniarũ/quæ
diuinitus ſũt inſtitutæ/diligẽtia in obeũda
uocatione/obedientia erga magiſtratum/
Temperãtia/ſobrietas/liberalitas/eleemo
ſynæ/p̃ces/ieiunia/cæteraq; exercitia cor-
poralia Qu. Quis ẽ vſus bonorũ operũ? An.
Vt deus per ea glorificetur/ proxim⁹ adiuuetur
et caro noſtra reprimatur/Qu. Quõ fiũt bo
na opera? An. Cum ſpũs ſanctus/ fide cõ
cepta nobis gratis remiſſa eſſe peccata ppt
Chriſtũ/ mouet & impellit per verbũ dei/
corda noſtra/ut ultro obediamus legi dei/
Neq; enim ſine ſpiritu ſancto uere time-
mus aut diligimus deũ/ nõ ipſũ inuocam⁹
non ei confidimus / nec ex animo officia
charitatis p̃ſtamus proximo/ externa opera
legis humana ratõ ſeu volũtas utcũq; p̃ſta-
re poteſt ſine ſpũ ſãcto/ut hypocritæ mag
nifica opera corã mũdo faciũt/ quæ tamẽ

 opera

opa deo nõ placent quia fiunt ſine fide in
Chriſtum/ iuxta illud Roma. 14 Qđ nõ
ẽ ex fide peccatũ ẽ/ Qu. Propt quid bo-
na opa placẽt deo? An. Propt fidẽ in Chri
ſtũ/ non ppt ſuã dignitatẽ aut pfectõnem
Sũt enim noſtra opa impfecta et immun
da/nec ſatisfatiunt legi ppt reliquias pec-
cati/ quæ adhuc in nobis hærent/ ſed qui-
a pſona placet deo ppter Chriſtum/ ipſũ
quoqȝ opus/ etiam ſi ſit impfectum/ deo
placet/ nõ ſua dignitate/ ſed fide in Chri-
ſtum/ Qu. Quot mouere nos debent ad
bene operandum? An. Quinqȝ Qu. Qđ ẽ
1 pͦmum? An. neceſſitas/ quia deus pͤcepit/
ut ſibi obediamus et oportet nouam vitã
in nobis inchoari/ fidemqȝ noſtrã pbari et
exerceri bonis operibus/ iuxta illđ Gal. 5
Jacobi. 2 Fides ſit p charitatem efficax/
et fides ſine opibus mortua eſt Qu. Qđ
2 eſt ſecundum? An. Dignitas bonoꝝ operum
per ea enim deus glorificatur/ et ſũt dona
ſpirtus ſancti/et ſigna/quæ admonẽt nos
de voluntate dei/ et teſtant nobis contin-
gere remiſſionẽ peccatoꝝ et alia beneficia
diuina / Lucæ. 6 Remittite et remittet
vobis Qu. Quod eſt Tertium? An. præ-
3 mia corpalia et ſpũalia/ quæ deus pmit-
tit bonis opibus quẽadmodum Lucæ. 6

Chri

Chriſtus inquit/Merces veſtra copioſa ē
in coelis/et Paulus, 2 Timo. 4 Pietas p̄
miſſiones habꝫ p̄ſentis vitæ et future Qu
Qđ eſt quartum? An. Exercitiū fidei/Cū 4
enim alijs benefacimus/ ſtatuere debemus
quod deus nobis quoqꝫ ignoſcat/ noſqꝫ p̄
mijs temporalibus & æternis ornare velit/
non quia oꝑa noſtra ſint ꝑ ſe digna remu-
neratōne/ ſed quia deus ex grā ſua opib⁹/
quæ ex fide facimus/ remunerationē pro-
miſit Qu. Quod eſt quintum An. Auxiliū 5
et p̄ſentia ſpūs ſancti/ qui nobis bene ope
rātib⁹ adeſt/nos adiuuat et cuſtodit/ne in
errores/ aut flagitia ꝑtrahamur/ qđ bene
ficium dei nulla vox humana ſatis eloqui
poteſt/Qu. Merentur ne bona opera vi-
tam æternam? An. Non/ Nam vita æter
na nobis donatur gratis propter Chriſtū.
non propter vlla noſtra opera/ Vnde Pau
lus ad Roma. 6 Vitam æternam donum
Dei vocat. Inquiēs/ Stipendium peccati
mors/ donum autem Dei vita æterna ꝑ
Jeſum Chriſtum dominum noſtrum/
Vocatur interdum vita æterna merces/
non quod debeatur nobis propter digni
tatē noſtroꝝ operū/ ſꝫ quia de⁹ promiſit
eā ſe nobis daturū tāq̄ iuſtis/ ſi in Chri-
ſtū crediderim⁹. Qu. Quæ ſūt mala oꝑa?

An. Quæ cõtra mãdatū dei fiūt Qu. quo-
tuplitia ſūt? An. Duplitia/ Qu? Quō? An.
Interna et externa Qu. Quæ ſūt īterna?
An. Motus interiores animi/ diſentiētes
a lege dei/ Qu. Quæ ſūt? An. Contēptus
et odium dei/ dubitatio de miſericordia
dei/ fidutia creaturaꝝ et propriæ iuſtitiæ/
et reliqua vitia interna/ Qu. Quæ ſunt
externa? An. peccata quibus gloria Dei
deformat̄/ et læditur ꝓximus/ Qu. Quæ
ſūt An. Blaſphemiæ/ et ꝓphanatõnes no-
minis dei/ cultus impij/ contemptus ꝗ neg-
ligentia cæremoniaꝝ / ſeditiones/ homici-
dia/ adulteria/ ſcortatões/ teſtimonia fal-
ſa/ mendatia/ et id genus alia peccata ex-
terna Qu. Quot nos deterrere debēt a pec-
catis ſeu malis opibus? An. Tria/ Qu.
1 Quod eſt primū An. Dilectõ dei/ Nā deꝰ
tātopere nos dilexit/ ut ꝓprio ſuo filio nõ
pepcit/ ſed pro nobis omnibus tradidit illū
Roma. 8 Cauere nos quoqꝫ debemus ne
tam miſericordem ꝗ propitiū patrē noſtrꝭ
peccatis offendamꝰ ſꝫ magis diligamꝰ et
reuereamur in oībus actionibꝰ noſtrꝭ Qu.
2 Quod ē ſecūdum? An. Ira dei aduerſus
peccata/ quā in ſe concitant/ qui peccatis
ultro indulgent Nõ autē cõſtituit nos de-
us/ vt iram nobis cõcitemus/ ſed ut ſalutē
con

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

conſequamur p̱ dñm nrm̄ Jeſũ Chriſtum.) 1 Tehes. 5 Qu. Quod ẽ tertiũ? An. Pœna peccati/ corpalis/ ut ſũt egeſtas/ caritas ãnonæ/bella/varia genera morbop̱/mors immatura et ſubitanea et aliæ innumeræ calamitates Spũales/ ut ſũt ira dei/ cæcitas ſeu induratio mẽtis/ cõſciẽtiæ intranquillitas/extruſio fidei/ꝛ æt̃na damnatio.

Dictorum breuis repetitio.

et vſus.

Qu. Quid ſũmatim in Catechiſmo traditũ ẽ? An. Quid deus nos facere ꝛ omittere velit/Quidqz de deo/ ut ſeruemur credere nos oporteat. Quõ ſit orãdũ/pœnitẽdũ/ cõfitẽdũ/et vtẽdũ abſolutõe/ Quõ fides nrã ſit confirmanda ſacramentis/exercenda pia vocatione/afflictionibus et bonis opibus Qu. Quis ẽ horũ oĩum vſus? An. Vt/deo præſtemus obedientiã/ peccata noſtra agnoſcamus per legẽ dei/ utqz pœnitentiam agentes/ credamus peccata nobis a deo gratis cõdonari ꝑpt Chriſtũ/ et hãc fidem augeamus oratione/cõfirmemus ſacramentis/ exerceamus afflictõib⁹ teſtemurqz bonis opibus/ quo ita ſobrie/ iuſte et pie viuentes ĩ hoc ſæculo/cõſequamur remiſſionẽ peccatop̱/iuſtificationem/

 ſpirit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

ſpiritum ſanctum/ et vitam æternam per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum/ qui dedit ſemetipſum ꝓ nobis Amen.

Quæſtiuncularum de Chriſtiano Catechiſmo. finis.

Sequuntur formulæ commendandi ſe deo/ mane & veſperi/ & formulæ cōſecrādi menſam/ et agē di gratias deo a ſūpto cibo.

Qu. Quō te cōmendas deo/ mane e lecto ſurgens/ et veſperi cubitum abiens? An. Mane ſurgens/ et veſperi recūbens/ ſigno frontem ſancta cruce/ ac dico/ In nomine patris/ et filij/ et ſpūs ſancti/ Deinde recito decē præcepta/ ſymbolum fidei/ & orationem dominicam/ quibus addo mane hanc precatiunculam.

Ego tibi/ O pater coeli et terræ/ ꝑ Jeſum Chriſtum dilectū tuū filium/ ago grās/ quod me hac nocte/ ab omni incommodo et periculo cōſeruatū cuſtodieris/ teqꝫ rogo/ ut hoc quoqꝫ die/ mei curā velis agere et cauere/ ne in peccata/ aut alia mala conijciar/ ut tibi et vita et facta mea placeant omnia/ Ego enim me/ corpus meū

meum/et meã animã/cum omnibus alijs/ quæ habeo/ in manus tuas cõmendo/ſanctus tuus angelus/ nuſq̃ a me diſcedat/ne quid Sathan in me poſſit Amen.

Veſperi dico hãc precatiunculam.

EGo tibi/omnipotens et miſericors pater/per Jeſum Chriſtum dilectũ filium tuum/ ago grãs/ quod me hoc die/ p grãm tuã defẽderi/ teq; rogo/ut mihi oĩa peccata cõdones/quib⁹ te hoc die offendi ut item/et hac nocte mei curã agere/& me defẽdere velis/ ego eni me/corp⁹ meũ/ et meã animã/cũ oĩb⁹ alijs q̃ habeo ĩ manus tuas cõmẽdo/ſãct⁹ tuus ãgel⁹ nuſq̃ a me diſcedat/ne quid ſathã ĩ me poſſit. Amen

Qu. Quõ cõſecras mẽſã? An. Recito pſ.

Oculi omnium in te ſperant/domine/ et tu das eſcam illorum in tẽpore oportuno. Aperis tu manum tuã/& imples omne animal benedictione.

Poſtea addo dñicam orationẽ et hãc precatiũculã; Domine deus coeleſtis pater/ benedic nos et hæc dona/ quæ de tua largitate ſumus ſumpturi/ per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum Amen.

Qu. Quõ agis grãs deo a ſũpto cibo. An. Recito pſ.

COnfitemini domino quoniã bonus/ quoniam in ſæculũ mĩa eius/ Qui dat eſcã õni carni/ qui dat iumẽtis eſcã ipſorũ/ et pullis coruorũ inuocãtibus eũ Nõ ĩ fortitudiẽ equi voluñtatẽ habebit/ neq; in tibijs viri beneplacitũ erit ei/ Beneplacitũ ẽ dño ſuper timẽtes eũ/ et in eis qui ſperãt ſuper mĩa eius.

Poſtea addo etiã orationẽ dñicã & hãc orationculam

GRatias agimus tibi Domine deus pater coeleſtis/ per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum/ ꝑ vniuerſis donis et beneficijs tuis/ qui viuis et regnas in ſæcula ſæculorum Amen. Adijcio etiã interdũ/cum vacat ſententiam/quã in ꝓxima contione memoriæ mãdaui/ Qu. Quõ deũ oras pro docilitate/mane in ſcholã abiẽs?

An. Dico hanc præcatiunculam.

O Domine Jeſu Chriſte/qui teneræ ætati docilitatis cõmodũ addidiſti/adde quæſo / ad naturæ propẽſionẽ auxiliũ gratiæ tuæ/ut literas ac liberales diſciplinas/ citius perdiſcam ſed tuæ gloriæ ſeruituras/ quarꝫ adminiculis adiuta mẽs mea/plenius aſſequat̃ cognitõnem tui/quem noſſe foelicitatꝭ hũanæ ſũma eſt/ utque ad tuæ ſanctiſſimæ pueritiæ exemplũ/ indies ꝓficiã ætate/ ſapiẽtia/ ⁊ grã apud deũ et homines Amen Qu. Quõ agis grãs de o profectu in ſtudijs veſperi e ſchola domũ rediẽs? An. Dico hãc ꝑcatiunculã.

EGo tibi Chriſte Jeſu benigniſſime/ qui fons et dator es omnis ſapiẽtiæ et intelligentiæ/ ſine quo omnia noſtra ſtudia ſucceſſu carent/ ago gratias/ qđ mẽtem meam gratia tua illuminaſti ad percipiendum honeſtas diſciplinas/ da quæſo

vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

vt quod hoc die bonarũ literaꝝ addidici/ fideli quoqꝫ memoria contineam/ ut indies pietate/honeſtis moribus/et bonis literis promouens comparem mihi doctrinā/ qua uti poſſim ad glām tui nominis/ & vtilitatem ꝓximi atqꝫ meā ipſius ſalutem Amen

Oratio pro pueris.

DOmine deus pater coeleſtis/ nos miſeri pueri tui te rogamꝰ ꝑ Jeſũ Chriſtum filiũ tuũ dilectum/ut velis nobis gratiā tuā cōferre. vtqꝫ nos in vera fide/ bonis moribꝰ et doctrina/ quotidie poſſimꝰ proficere/ Et nos ac parentes noſtros/ et magiſtratus/velis hodie ab omnibꝰ peccatis/infortunijs & malis propitius protegere et cōſeruare Amē.

Præcatiũculaꝝ finis.

Lucas Loſſius bone indolis

Et magnæ ſpei pueris.

S. D.

PRodeſt non ſolum certam aliquam methodon Chriſtianæ doctrinæ puerl tradere/ ut capita noſtræ religionis teneāt et ſciant/ quo omnia in ſacris literis ſint refer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

referēda / tanquā ad ſcopum aliquē ſed eti
am vtile eſt / multas ſentētias / ac ſcite dic
ta authorum eis ꝑponere / quibus de pie-
tate Chriſtiana. de ciuilibus moribus / & bo
nis literis admoneant / et / ut his ediſcendl
quāplurimis / ut Fabius monet / ipſoꝝ me
moria exerceat. Deinde / ut his quaſi ſemi
nibus optimaꝝ opinionū a tenerl ſtati an
nis rudes animi imbuti / vitijs minus cor-
rumpantur / quod fere accidere videmus /
niſi rectis et bonis ſententijs & opinionib⁹
mentes puerorum ſtatim occupent / Eſt eni
puerilis animus in vtranqꝫ partē procliuis
et ſequax / et quidē ad deteriora plerūqꝫ
inclinatior / Et / quæ prima ætate rudib⁹ a-
nimis inſtillantur in omnem vitam tenaci
ſſime adhæreſcunt / ſiue ea ſint turpia & in
honeſta / ſiue laude digna Quare et plato
vtiliter monuit / Statim a teneris recte o
portere aſſueſcere / Adieci itaqꝫ methodo
huic / tanquam auctarium aliqd / breues &
ſcitu dignas ſententiolas / eaſqꝫ partim tu
multuaria opa hinc inde ex bonis autho-
ribus collectas / partim deſcriptas ex Euā
gelijs & aplōꝝ Epiſtolis. Vos aūt vehemē
ē etiā atqꝫ etiam hortor / ſtudioſi pueri ut
Chriſtianam pietatē et bonas literas / vti
capiſtis / magno ſtudio / et omnibus inge

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

nij viribus complecti et excolere pergatis. Magnam expectationem de vobis/paren tibus et patriæ excitaſtis/quam fallere/ut erit turpiſſimum vobis/ ita vincere longe pulcherrimum. Neqȝ vero ullus deo gra- tior cultus/ et ut Pauli voce vtar præſtari poteſt/quam ſi Chriſtianæ pieta- tis/ quæ/ ut in Catechiſmi doctrina didi- ciſtis/ in timore et amore dei conſiſtit/ve re ſtudioſi ſitis/ et exornetis vos liberali- bus diſciplinis/ quibus et doctrinam Chri ſtianæ religionis prouehere/ et rempublicā veſtram florentiſſimam/cuius ad guberna cula aliquādo ſedebitis/ foeliciter et mag na cum dignitate/ atqȝ laude gubernare poſſitis/ Id quod ſola ſtudia literarum præſtabunt/ ſine quibus religionem et reſ- publicas collabi neceſſe eſt/ Bene valete

Chriſtus vos diutiſſime incolumes
conſeruet/& veſtra ſtudia ad glo
riam ſui nominis et vtilita-
tem patriæ/ gubernet
& prouehat Amen.
Ex Lunebur-
go Anno.
M.D.XL.
vigeſimo quarto Oc-
tobris.

Convertimini ad me & ego convertar
ad vos: Esaie 40:
Omnis caro gramen, & omnis gloria hominis quasi
flos graminis: Exaruit gramen, et flos decidit, sed ver-
bum Dei in aeternum:



Qui
Qui
Qui
Qui
Qui
Qui
nus
et co
et in
iuſd
filius
Deu
aut
Deu
Deu
Deu
Deu
Deu
Deu
Deu
Deu
Deu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Sententiolæ loco latini.

(Vt vocant) paruulis proponendæ.

Sententiolæ de Deo.

Quis nos creauit? Deus.
Quid nos damnauit? Peccatum.
Quis nos redemit? Jeſus Chriſtus.
Quid eſt nobis deus? Pater ꝑ Chriſtum.
Quid nos? Eius filij.
Quid eſt deus? Deus eſt ſpiritus/ æternus/ Optimus/ Maximus/ creator et conſeruator omnium rerum/ viſibilium et inuiſibilium/ et tamen tres perſonæ/ eiuſdem eſſentiæ et potentiæ æternæ/ Pat̃/ filius/ et Spiritus ſanctus.
Deus eſt mens æterna/ qua nihil maius aut ſapientius aut melius eſt.
Deus eſt ſummum bonum.
Deus vnus eſt/ Deus æternus eſt.
Deus ſolus bonus eſt.
Deus miſericors eſt.
Deus omnipotens eſt.
Deus ſapientiſſimus eſt.
Deus condidit omnia/
Deus gubernat et ſuſtentat omnia/
Deus ſcit et videt omnia/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Deus odit peccatum/ Deus reſpicit pios.
Deus punit impios.
Deus cuſtodit et protegit ſuos.
Deus vbiqꝫ preſens eſt.
Deus omne bonum in nobis operatur.
In deo viuimus mouemur et ſumus.
Deo benedicente ſalua ſunt omnia.
Deus gratis ſaluat credētes in Chriſtum
Deus condonat nobis delicta noſtra propter Chriſtum. Collo. 1.
Dei voluntas omnibus in rebꝰ ſpectanda
Deus ſolus eſt ſcrutator cordium.
Deo nihil non poſſibile/
Deus in tempore ſuccurrit.
Deus homini omnia ſubiecit.
Deus non reſpicit perſonas.
Deo plus obediendum quam hominibus.
Dei mandatis nihil addendum.
Deo aduerſante omnes creature aduerſāt
Deus homines nō vult ocioſos eſſe.
Deus corripit ſed non abijcit ſuos.
Quid eſt deus alienus? Quicquid præter verum deum colimus/ q̄ quod nos alienat ſeu auertit a dei verbo.
Hoc cuiqꝫ deꝰ eſt/ q̄d toto pectore colit.

Sententiolae de Jeſu Chrō et eius beneficijs erga nos.

Chri

Chriſtus verus ac vnicus dei filius eſt/ a deo patre ſine initio genitus/ verus deus/ non factus ſed qui fuit a principio æqualis patri/ Ade/ Abraham et alijs ſanctis patribus ad redimendum humanum gen⁹ lapſu primorum parentum / perditum/ in hunc mundum a patre promiſſus. Verus homo ex Maria virgine natus propter peccata totius mundi tollenda/ paſſus et crucifixus/ qui tertia die reſurrexit a mortuis/ ſedens nunc ad dexterā dei patris/ interceſſor pro omnibus in eum credentibus/ vnde et venturus eſt aliquando iudicare viuos ac mortuos.

Chriſtus natura deus ē Joan. 20 Coll. 2

Chriſtus ē imago dei patris. 2 Cor. 4

Chriſtus pro nobis homo factus ē. Luc. 2

Chriſt⁹ ē noſt redēptor ꝛ mediator 1 Jo. 2

Chriſtus ē noſtra/ ſapientia/ iuſtitia/ ſāctificatio/ et redemptio/ 1 Cor. 1.

Chriſtus eſt pax noſtra/ Ephe. 2

Chriſtus eſt vita noſtra/ Joan. 1 ꝛ 14

Chriſtus eſt ſpes noſtra/ 1 Cor. 1

Chriſtus lauit nos a peccatis noſtris per ſanguinem ſuum/ Apocalip. 1

Chriſtus dilexit nos et tradidit ſemetipſum pro nobis Ephe. 5

Chriſtus pro nobis cum adhuc eſſem⁹ pec

catores mortuus eſt. Roma. 5
Salutem conſequemur per dominum noſtrum. Jeſum Chriſtum/ qui mortuus ē ꝓ nobis/ ut ſiue vigilemus ſiue dormiamꝰ/ ſimul cum ipſo viuamus. 1 Theſſ. 5
Sanguine Chriſti iuſtificati ſeruabimur ab ira futura. Roma. 5
Chriſti regnum in æternum durabit.
Chriſtum ſequentibꝰ nihil deeſſe poteſt.

De Spiritu ſancto.

Spiritus ſanctus eſt perſona diuina/ coeterna/ et coeſſentialis patri et filio/ ab vtroqꝫ procedens/ in hoc ut ducat in omnē veritatem/ illuminet/ ſanctificet ad veritatem/ et in ea conſeruet/ exponendo/ declarando et glorificando Chriſtum/ hæreditatem qꝫ in Chriſto acceptam/ confirmādo/ pro qua ꝙ pignꝰ poſitꝰ ē a deo patre.

De angelis ſeu ſpiritibus bonis ſententiæ

Angeli boni ſunt miniſtratorij ſpiritus/ in miniſterium dei et piorum creati/ vt ſeruiant deo et aſiſtant pijs/ et cuſtodiāt eos qui ſunt hæredes futuri/ Hebre. 1

Ange

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Angeli protegunt pios. 4 Regū 6
Angeli ſunt cuſtodes electoꝝ. Matt. 18
Angeli amant glām dei et verā doctrinā.
Angeli promouent pia ſtudia.
Angeli reprimunt diabolum/
Angeli ſunt cuſtodes eccleſiæ.
Angeli prohibent bella.
Angeli pios pueros in ludum comitantur/ aſſident vna et reducunt domum/ Voluptatem capiunt ex aſſiduitate diſcentium pijs ſtudijs et ſermonibus.
Studia puerorum angeli prædicant deo et commendant.
Angeli delectātur pietate et bonis moribꝰ
Ergo cum in ſchola ſedes ſtudioſe puer/ memento te non ſolum inter equales tuos ſedere/ ſed vna verſantur puriſſimi angeli/ ſpectatores ſtudioꝝ veſtrorum et cuſtodes corporum Sic enim inquit Chriſtus Mat thei. 18 Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei qui in coelis eſt. Hi vos comitanť in ludū vna aſſidēt et reducunt domum/ Hoc ſodalitiū vereri te decet qđ quidem mirificam uoluptatē capit ex aſſiduitate diſcentium/pijs ſtudijs et ſermonibꝰ ꝗ deo prædicat veſtra ſtudia/ deoq̨ȝ vos commendat/ Quare cauebis/ ne vel inertia tua/vel mali mores offendant ꝗ ar-

bigant hos vigilantiſſimos cuſtodes.

De ſpiritibus ſeu angelis malis.

Angeli mali ſunt ſpiritus / primum in ueritate boni conſtituti atq; creati / qui ex libero arbitrio / deſciuerunt a veritate / ad īſidiādū oībus dei creaturis ꝑmitēte deo.
Diabolus ſeducit totum terrarum orbem
Diabolus calumniatur ſanctos /
Auguſtinus in ſermon. commu. Sermo. 3
Omnia mala mundi / prauitate diaboli / committuntur / qui poſuit in coelo bellum / in paradiſo fraudem / odium inter primos noſtros fratres / et omni noſtro in opere zizania ſeminauit.

Gregorius li. ſecundo moralium
Sathanæ voluntas ſemper iniqua ē / ſed nunquam poteſtas iniuſta Quia a ſemetipſo voltūtatē habet / ſʒ poteſtatem a deo

Lactantius li. 3 diui. iuſti.
Eſt autem quidam prauus ac ſubdolus ſpiritus / qui eſt inimicus homīs / hoſtiſq; iuſtitiæ / hic inſidiatur vniuerſis / et eos qui deum neſciunt / errore impedit / ſtultitia obruit / tenebris circumfundit &c.
Sancti vincunt diabolū ꝑ ſanguinē agni /

hoc eſt Chriſti. Apocalipſis. 12

De fide in Chriſtũ. ſẽtẽtiolae.

Fides eſt certa fiducia ĩ deum/ qua ſtatuim⁹ nobis remiſſa eſſe peccã ppt̃ Chrm̃

Fides in Chriſtum eſt opus dei Joã. 6

Sola fides in Chriſtum/ iuſtificat coram deo. ad Romanos. 3

Fides ĩ Chriſtũ eſt victoria nrã. 1 Joã. 5

Sine fide ĩpoſſibile eſt placere deo Heb. 11

Quicquid nõ ẽ ex fide peccatũ ẽ. Ro. 14

Fides operatur per charitatem. Gala 5

Fidei ſigna/ opera ſunt.

Fides abſq; operibus mortua eſt Jacb. 2

Fides vera non poteſt eſſe ocioſa.

Fides bonorum operum fons eſt.

Fideles ſunt deo curæ.

Fidelibus nihil deeſt.

De Spe ſententiolae.

Spes eſt certa expectatio/ promiſſæ ſalutis propter Chriſtum.

Spes expectat futura bona/ Fides accipit præſentia:

Spes ſi videtur non eſt ſpes. Roma. 8

Spe ſalui facti ſumus. ibidem.

qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Qui perſeuerauerit vſq3 ad finem/ hic ſaluus erit. Matthei. 24

De Dilectione dei erga nos.

Dileccio dei eſt/ qua deus nos propter Chriſtum/ diligit

Dilectio dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū qui dat⁹ ē nobis. Ro. 5

Commendat ſuam charitatem erga nos deus/ ꝙ cum adhuc eſſemus peccatores/ Chriſtus pro nobis mortuus eſt. ibidem:

Nihil nos ſeparabit a dilectione dei/ quæ eſt in Chriſto Jeſu. Roma. 8

Per hoc cognouimus charitatem dei/ quoniam Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit. 1 Joannis. 3

In hoc apparuit charitas dei in nobis/ ꝙ filium ſuum vnigenitum miſit deus in mūdum/ vt viuam⁹ per eum. 1 Joan. 4

Deus pater diligit nos ꝓpt̃ Chrm̄ Jo. 16

De charitate erga proximū.

Charitas erga proximū/ ē fruct⁹ fidei.

Dilectio cuſtodia legū ē. Sapientiæ. 6.

Dilec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Dilectio legis impletio eſt. Roma. 12.
Dilectio malum proximo nõ opatᷓ ibidem
Si deus dilexit nos / et nos debem⁹ nos mutuo diligere. 1 Joannis. 4
Diligamus nos inuicẽ / quia charitas ex deo eſt.
In hoc cognoſcent omnes / quod diſcipuli Chriſti ſumus / ſi charitatem habuerim⁹ inter nos mutuam. Joannis. 13

De Lege.

Lex eſt doctrina præcipiens quales nos eſſe / quæ facere / aut quæ omittere opteat
Per legem eſt cognitio peccati. Roma. 5
Lex oſtendit et auget peccatum non tollit. Roma. 3. et 5.
Lex ẽ pedagog⁹ noſt ad Chriſtũ. Gal. 3
Lex ẽ ſpũalis et motus ſpũales requirit.
Legi nemo ſatisfacit.
Lex ſemper accuſat nos.
Non lege / ſed fide in Chriſtum iuſti et accepti ſumus deo.

De Cruce.

Crux eſt quælibet afflictio / certo conſilio pijs a deo immiſſa

Crux via eſt ad gloriam.
Percutit dominus vt ſanet. Eſaiæ. 9.
Deus flagellat quem diligit. Prouerbi. 3
Exploratur fides afflictionibus. Jacobi. 1
Fides per afflictiones excitatur & creſcit.
Deus non tentat ad malum.
Multæ ſunt tribulationes pioru͂ & ex omnib⁹ his liberauit eos dñs. pſ̃. 33
Omnes qui volunt pie viuere in hoc ſeculo/ perſecutionem patientur. 1 Timot. 3
Statuendum eſt crucem eſſe a bona dei voluntate/ ergo crux patienter ferenda.
In cruce rogandus eſt deus vt largiatur nobis patientiam.
Orandus eſt deus/ ne patiatur nos in cruce ſuccumbere.
Deus inuocatus ꝑ Chriſtu͂ exaudit nos.
Liberati ex cruce/ debent gratias agere deo/ eiuſq; miſericordiam prædicare.

Sapientiam eſſe donum dei.

Sententiolæ.

Omnis ſapientia a dño deo ē. Eccle. 1
Deus largitur ſapientiam ꝑuulis. Dani. 1
Dominus dat lingua͂ eruditam. Eſai. 50
Deus ex ore ſuo ſapientiam et intelligentiam largitur/ rectis dat ſucceſſum et protegit bonos. Prouerbioꝝ. 2

timo

Timor domini eſt ſcientiæ initiū. prouer. 1
Sapientia a deo poſtulāda ē & expectāda
Diligere deum ſumma et pulcherrima ſapientia eſt. eccl. 1
Qui alios erudiunt/ fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti/ et qui multos ad iuſtitiā conuertūt/ erunt ſicut ſtellæ in ſæculum et in perpetuum. Danielis. 12.

De caſtigatione ſeu diſciplinā puerorum ſententiolae.

Patres educate liberos veſtros p̄ eruditionem et correptionem domini. Ephe. 6
Stultitia agnata eſt cordi adoleſcentis/ Virga caſtigatrix eximet eam. Prouer. 22
Caſtiga filium tuum dum ſpes eſt fore, vt corrigatur. prouerbi. 29
Perferre caſtigatōnem conducit ad vitam
Qui diligit caſtigationē/ prudētior erit.
Qui diſciplinā odit ſtultus eſt. 12
Qui aduerſus increpationem dura ceruice eſt/ perit cito. Prouer. 39
Virga et caſtigatio adferūt vitam.
Puer qui non coercetur pudefacit matrē.
Si caſtigaueris filium tuum/ iucundus erit tibi et adferet animæ tuæ delitias. ibidem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

De Vocatione.

Opera piæ vocatõis facta fide ĩ Chri-
ſtum ſunt cultus dei.
Quiſquis igitur diligenter ſuæ vocationis
officia fecerit/ hic deo gratus eſt.
Non aliter ſuum cuiq; faciendum eſt offi-
cium/ quam ſi deus ipſe preſto adeſſet.
Vocatio cuiq; ſua curanda.
Maledictus qui facit op⁹ dñi fraudulēt.

Inſtitutio puerorum conſtat

tribus partibus/ pietate/ honeſtis
morib⁹ & bonarũ literarũ ſtudio.

Sententiolae de pietate erga Deum.

Pietas eſt rectus dei cultus/ qui in ve-
ro dei timore/ amore et fidutia conſiſtit.
Vera pietas eſt/ timere et amare deum/
eique confidere.
Pietas eſt ad omnia vtilis/ promiſſiones
habens vitæ præſentis et futuræ. 1 Timo. 4
Quæſtus magnus eſt pietas/ cum animo
ſua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

ſua ſorte contento. 1 Timot. 6.
Bonum ē homini ab adleſcentia portare iugum domini. Threnorum. 3
Nihil homini pietate melius.
Puero precipuæ curæ ſit pietas.
Deus iuuat pios.
Pij pueri placent deo.
A deo ſucceſſus in ſtudio petendus et expectandus eſt.
Sic ſtudendum ē quaſi deus nihil auxilij ſit laturus/ niſi grauiter laboranti.
Sic quoqz implorandum Chriſti præſidium quaſi citra illius opē nihil efficiat noſtrum ſtudium. Eraſmus. Rot.
Foelix labor qui diuinitus adiuuatur.
Ab infantia diſcendæ ſunt ſacræ literæ.
Sacræ literæ eruditos reddunt ad ſalutem. 2 Timo. 3
Deum ama. Deum cole. deo fide. Deum inuoca.
Deo gratias in omnibus age.
Omni tempore benedic deum et pete ab eo vt vias tuas dirigat. Tobiæ. 4
Deum time et obſerua mandata eius.
Timenti deum bene erit. eccleſiaſt. 1
Timor domini eſt corona ſapientiæ ibid.
Timere deum eſt radix ſapientiæ.
Si expetis ſapientiam/ perdiſce manda-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

ta dei et deus dabit tibi ſapientiam. ibid

De pietate liberorū erga parentes.

Parentes obſerua ac dilige.
Parentes ama et reuerere.
Qui obedit patri ſuo/foeliciter agit.
Qui prēm ſuū reuereť lōgeuus erit eccle. 3
Qui timet deum/ reuereť et prēm ſuū/ibi.
Obedientia foelicitatis mater ē. Eſchylꝰ:
Deus pollicetur ingentia beneficia/his qui ſunt morigeri parentibus/
Conſurge coram cano capite ⁊ honora perſonam ſenis et time dominum deum tuū. Leuitici. 19
Credebant hoc grande nephas et morte piādū/ſi iuuenis vetulo nō aſſurrexerit æuo
Eſt adoleſcentis maiores natu/ reuereri.

De officio adolſcentū erga ſeniores ſic ait diuus petrus.

Adoleſcentes ſubiecti eſtote ſenioribus.

Omnes mutuo ſubiecti ſitis/ et connectentes humilitatem: Quia deus reſiſtit ſuperbis humilibus autem dat gratiam ſuam

De

De pietate diſcipulorū erga præceptores.

Præceptores ſunt animorum parentes.
Præceptores ama et verere.
Præceptoribus non aliter/ quam ipſi de:
o parendum eſt.
Præceptores vt parentes dilige/ quod nō
minꝰ debeamꝰ ijs/a quibꝰ recte viuēdi ra
tiōꝫ quā a quibꝰ viuendi initia ſūpſimus
Qui præceptores ſuos contemnit/ non ho-
minem ſed ipſum deum contemnit.
Contemptum præceptorum deus grauit
vlciſcitur
Præceptores non minus/ quam ipſa ſtudi
a amandi ſunt.
Præceptoribus gratiam refer.
Dijs p̄ceptoribus et parentibus non reddi
tur æquiualens.
Eſt quidē pueris magiſter remiſſior iucū
dior/ ſꝫ i poſteꝝ gratior erit q̄ ſeuerꝰ fuerit

Sententiolae de honeſtis moribus.

Boni mores exornant pueros.
Boni mores cum literis cōiungendi ſunt/
honeſti mores eruditionem commendant

Ver

Verecundia decet pueros.
Modeſtia eſt ornamentum adoleſcentiæ.
Decet verecundum eſſe adoleſcentem.
Verecundia cum omnibus ætatibus / per
ſonis / temporibus et locis apta eſt / tamē
adoleſcētes iuuenileſqꝫ annos maxime decꝫ

De verecundia adoleſcentum in con
uictu ſeniorum / ſacerdotum et parē
tum prudēt ⁊ grauit quidā ꝑmonuit
Dū ſteteris coram dn̄is hæc quiqꝫ tenebis
Jūge man⁹ / cōpone pedes / caput erige / vi
Nō diſꝑgarꝭ ſine iuſſu pauca loquarꝭ. (ſu

De moribus in domo.

Domi te officioſum prebe / omnibus ſis
comis / audita in ſchola domi repete.
Ne ſis lingua futili / ne ſis garulus
Secreta ne effutias / neminem lede.
Obſcæna ne dixeris.

Menſā cū tēpus ē para et conſecra.
A ſumpto cibo / gratias agito:
Manus lauato.
Ne ꝓdeas in publicum impexo capite.
Cultui adſit mūdicies: Veſtes ne diſſeces.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Cibi et pot⁹ quãtũ valetudĩ ſatꝫ ẽ/ſumito
Valitudinis ratio habenda eſt.
Prande liberalius/ Cœna parcius. Seneca
Ede intra cruditatẽ/Bibe intra ebrietatẽ
In multo cibo ẽ infirmitas. Eccleſi. 34
Qui abſtinens eſt/ vitam adauget.
Sanitas eſt animæ et corpori/pot⁹ ſobri⁹
Pinguis vẽt nõ gignit ſẽſũ tennuẽ. Hiero.
Moderato ſomno vtitor.
Septem horas dormiſſe/ ſatis eſt.
Veſperi hora nona cubitum ito.
Deo te commenda.
Mane ſub quintam horam ſurge.
Mature te in ſcholam confer:
Diuinũ auxiliũ/ in ſtudijs tuis/inuoca.

De moribus in platea.

In platea modeſtum te gere.
Modeſtiam in eundo præferto.
Inceſſus nõ ſit nimiũ/nec tard⁹ nec celer.
Ex igreſſu pſpicit aĩmi hitus Fabius.
Tot⁹ ſis cõpoſit⁹. Ribẽt ſaluta obuios.
In plateis nõ ẽ vociferandũ nec litigãdũ
Dimiſſus cũ ſilẽntio domũ repete.
Ne vſquam reſtiteris.
Quibus debes honorem exhibe.

Honeſtos viros/ aut mulieres preteriens
caput reuerenter aperi.

De moribus ĩ ludo literario.

Ante horā auditā ĩ scholā veniendum eſt.
Scholam aſſidue frequenta.
Noli ſine iuſta cauſſa a ludo abeſſe.
Scholam ingreſſus ĩ tuā decuriā te cōfer
Latine ſemp̄ et vbique loquere.
Vernacula lingua loqui in ludo literario/
piaculū ē/ atq3 nō niſi plagis expiatur.
Pugiones et ſicas nemo ferat.
In ſchola quietus ſede
Ne huc illuc per ſedilia diſcurſites.
Quæ memoriter p̄nūtiāda ſūt tacit⁹ diſce
In ludo turbas ne excites. (et repete.
Ne exclames in ſchola.
Neminem ex ſodalibus lede.
Caue ne merito vapules.
Fac lubens quod faciendum eſt tibi.
Præceptori te aſſiduum et attentum p̄be.
Qui ſuum facit officium/non vapulat.
Inter prelegendum nihil loquere.
Inter repetēdum/ non eſt vociferandum.
Præceptorē cū ſūma attētōe ꝗ ſilētio au-
Int̄ p̄legēdum/ de nulla alia re/ (ſculta
quā

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

quam de qua agitur/ cogita.
Auditus eſt ſenſus diſciplinæ.
Totus ſis in literarum ſtudio. (ligēt repete
Lectionē auditā vel ſolus/uel cū ſodali di
Lectio quæ nō repetit̄ facillime trāſit.
Lectō lecta placz/decies repetita placebit
Studioſus puer nunquam ociatur.
Ingenuj pueri/ ſua ſpōte/tenēda diſcūt.
Ingenuus puer/ abſente magiſtro et præ-
ſente/ ſemper idem eſt.
In abſētia præceptorꝝ virtus diſcipli ꝓbat̄
Non minus abſētibus/ quā ꝑſentibus eſt
obſequendum præceptoribus.
Nunquam ocioſus eſto.
Ad agendum homines nati ſunt.
Omne tēpꝰ vacuū ſtudijs/ periiſſe puta.
Tempore nihil ꝑcioſiꝰ/nihil eodē fugaciꝰ
Audita ne effluāt de ijs ſemper cogita.
Fruſtra diſcit/cuiꝰ ſtatī obrepit obliuio. Fa
Memoriam multis ediſcendis excole.
Memoria excolendo firmatur et augetur.
Tantū quiſqz ſcit/quantū memoria tenet
Memoria artium theſaurus eſt.
Omnis diſciplina memoria conſtat.
Fruſtra docemur/ ſi quicquid audimus
Ingenij ſignum eſt memoria. (ꝑterfluit
Memoriæ duplex eſt officium/ facile per-
cipere/ & percepta fideliter cōtinere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Nihil æque vel augetur/vel negligentia
intercidit/ q̄ memoria/
pueri quam plurima ediſcant.
Memoriæ/non libro fidendum eſt.
Optima quæq; ſtatim ac primũ diſcito.
Dediſcēda ne diſcas. Optīs ſtatī aſſueſce
Neq; ingeniũ ſine diſciplina/neq; diſcipli-
na ſine ingenio ꝓfectũ artificem poteſt effi
cere. victrunius.
Difficul̄t raditur qđ rudes aīmi ꝓbiberunt
Natura tenaciſſimi ſumus eorum/quæ ru
dibus annis percepimus.

Mane ſtude.

Aurora muſis amica eſt/ apta ſtudijs.
In literis alacritate opus eſt.
Studium diſcēdi voluntate/ quæ cogi nō
poteſt/ conſtat.
Diligentia poteſt omnia.
Profectus præcipue diligentia conſtat.
Nihil amanti difficile eſt.
Animo oportet inſcribi/ non chartis/ quo-
rum meminiſſe velis.
Nemo expectet/vt fiat alieno labore di-
Animum ab euagando cohibe. (ſertus
Inter prælegendum/ne agas aliud.
Neminem iniuria affice.
Cauſſam tuam defer ad præceptorem.
Teipſum non vlciſcare.

nemi

Neminem deferes odio.
Nihil eſt quod ſtudio effici non poteſt.
Labor omnia vincit improbus.
Tam diu diſcendū quā diu neſcias.
Optimā vitæ rationem elige/ eam iucundam reddet conſuetudo. Pythagoras.
Vſu diſcuntur artes.

De Lingua.

Sermonem ne præcipites.
Præmeditate loquare.
Satius ē tarditatē q̄ celeritate peccare in loquendo
Verba clare/ diſtincte ⁊ articulate ꝓferēda ſunt
Verba nō ꝓcurrāt mētē ſʒ ſequātᷣ
Verba naſcantur in pectore/ non in ore.
Pauca loquere/ multa audi.
Tutum eſt ſilentij præmium.
A maledictis abſtine/ a mēdatijs abhorre.
Turpe ē in puero ingenuo/ mendatium.
Veraces placēt deo/ Deꝰ mētiētes aboīat.
Peccatū admiſſū ne nega/ ſed confitere.
Malorum conſortia fuge.
Bonis et ſtudioſis te adiunge.
Aliena furto ne auferas.
Inuenta libenter reſtitue.
Suum cuiqʒ tribuendum eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Diſcere ne pudeat.
Arrogantia profect⁹ eſt obſtaculum.
In omnibus rebus ratione vtendum eſt.
Nihil temere facias. Infelix ē temeritas.
Tua ne iactes. Omis ſui vitioſa iactatō ē

De moribus in templo.

Templum/ iunctus alteri puero compoſite ingreditor.
Ne ſtrepitum pedibus excites.
Ingreſſus ad religionem te compone.
Sta erectus et æquato ordine.
Cum legitur Euāgelium aut Epiſtola uel ꝑcatur ſacerdos/ faciem ad altare dirige.
Auſculta religioſe.
Nihil loquere aſtanti puero.
Cum cantandum eſt/ cane.
Præcinentem intuere & canendo ſequere.
Ne cantando aberres.
Cum canitur organis/ quod faciat ad pietatem/ legito.
Ad nomen Jeſu Chriſti/genua flecte.
Non vagus ſurſū deorſū curſites.
Non huc illuc oculos circumage:
Attente ſacram concionem audi.
Edē ſacrā exiens obuio puero te cōiunge

Vbi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Vbi ī ludū ventū fuerit/ aſſide ac tace.

Sētentiolae de bonis literis

Sapiētia ī hac vita nihil melius aut pſtā‧
Sapiētia præſtat diuitijs: (tius eſt
Sapientia eſt ſplendor vitæ.
Bonæ literæ ī omēs vitæ partes proſunt
Literæ humaniores reddunt homines.
Nobilis poſſeſſio ‧ſapientia.

Sobrietatē iuuenibꝰ
Solatium ſenibus.
Lrē afferūt Dioge.
Diuitias pauperibꝰ
Ornamētū diuitibꝰ

Artem quæuis alit regio‧
Ars in ægeſtate optimum eſt refugium
Sudoribꝰ emūt literæ/ ſꝫpariūt īmortalitatē/ vigilijs parāt. ſꝫ ſemel partæ nūq̄ amittūt/ Serius ꝯtingūt Sꝫ vbi ꝯtingerit tutiſſima ſimul ꝗ perennis ē poſſeſſio. (Eras

Scopus ſtudiorum.
Studēdū ē vt proſis deo/ patriæ ꝗ amicis.
Studia nrā ad gloriam dei et vtilitatem proximi referenda ſunt.

Vtilitas literarum.

Studia literaꝝ ↄſeruant reſpublicas.
Sine literis collabi reſpublicas/neceſſe eſt
Magnā vitæ humanæ partem/ regūt lite
ræ/ cōtinēt religionis doctrinā/leges/om
nia officia humanitatꝭ. deniqꝫ multa vitæ
affecūt p̄ſidia. Philippus Melanch.

Ad ludum literarium.

Diſce puer Chrm̄/paṫ hūc tibi miſit ut eſ
Juſtitia/& vitæ regula certa tuæ. (ſet

Malmogiæ excudebat
Olaus Vlricus An
no Dn̄i. M D xliij.
Mēſe nouembri.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 351 8° (LN 131)